44568/B

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b28763531

44568/B

63619

DE EPIDEMICIS
ET
CONTAGIOSIS.
ACROASIS.

. . . . *FUNGAR VICE COTIS.*
Horat.

ACCESSIT
SCHEDA
AD CATARRHUM, SEU TUSSIM,
QUAM *RUSSAM* NOMINANT,
PERTINENS.

MDCCLXXXII.

Fateor me ex eorum numero eſſe conari, qui proficiendo ſcribunt, & ſcribendo proficiunt.

D. Aug. Ep. 143.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

PRAEFATIO.

QUae per hos annos leviter adumbraveram de Epidemicis & Contagioſis, ea ut etiam typis vulgari permitterem, non inutiles cauſſae fuerunt. Primum ne ſtudio novandi, conſtituta veterum placita velle intervertere videremur: deinde, quemadmodum in re magna & difficili, ut quod ab uno perfici poſſe non crederem, conjunctis multorum viribus, ſapientum authoritate & conſilio expleretur. Excitari enim per haec doctorum hominum mentes poſſe putavi, ut in hanc etiam medicinae partem oculos, animumque converterent.

Equidem, ut olim LANCISIO, ſic mihi quoque = abſtruſa illa, & philoſophica exercitatione digniſſima quaeſtio ſemper viſa eſt, quae de peſtifero veneno inſtituitur; = a ne-

mine hactenus, quod ſciam, fortaſſe ne ab ipſo quidem HIPP. ſatis enucleate propoſita. Quum enim fateri omnibus neceſſe ſit, in nullo morborum genere plus periculi eſſe, in nulla re medicinam magis labare; mirum utique videri oportet non omnem huc medicorum ſagacitatem fuiſſe penitus penituſque converſam. Nam quamquam cuſtodiarum diligentia jam factum eſt ut minus a peſtibus timeremus; tamen & Maſſilienſis, & Sicula, & Tranſilvanica, hoc ipſo ſaeculo viſae ſunt, extremas oras Europae & Italiae legentes, ut meminerimus eas tamquam prae foribus excubare perpetuo: & populatam nuperis annis (ab ann. 1774. ad 78.) inter Gallos bovilia peſtilitatem, certum eſt anno hujus ſaeculi undecimo deductam ab Illiricis, Italiam primum graviter omnem, dein Germaniam, Belgium, Gallias, Europam pene univerſam peragratam vaſtaſſe, &, medicina incaſſum quaeſita, nondum penitus oblituiſſe. Ut appareat quam maxime interſit Reipub., eſſe qui ad haec perpendenda ſubtilius, revocet animos medicorum.

Profecto ingens, ac fere maximum acceſſit arti adjumentum inſtituta nuper Pariſiis

Reg.

Reg. Medic. Soc. (cujus nomen libenti animo, & grata ſemper recordatione iterabimus), quae hanc in ſe praecipue partem ſuſcepit: ſed & perampla res eſt, & conſtitutiones, quas vocant, increbreſcunt in dies, & novae etiam ſubinde morborum labes emergunt. Nam quod extremis libelli paginis (Num. 243. Not. 86.) de novis morborum apparitionibus ominati ſumus; id, dum opella, juſtis de cauſſis, reſidet jam aliquot menſes poſt praelum, jam factum eſſe intelleximus, conſulti nuper de Tuſſi quam *Ruſſam* nominant, novo Epidemici an contagii genere, incertum: quam ex borealibus, feraciſſimo malorum coelo, effuſam ſuperiore anno in Germaniam, in Galliam & Batavos jam deſcendiſſe, hinc in Italiam quoque exundantem renunciant.

Nec porro defuerunt qui ſaec. xvj. xvij. hanc impenſiore animo ſpartam agitarent: nam praeter multiplices illas doctorum etiam hominum in HIPPOCRATEM & GALENUM commentationes, nullum ferme illis aetatibus medicarum rerum ſcriptorem reperias, qui non de peſte multa ſubtiliter elaborateque conſcripſerit. Sed erat illa temporum & rerum con-

ditio, ut etiam ſapientum ſtudia in exquirendis rerum naturalium rationibus Academiam magis ſaperent, quam naturam. Durabat enim hactenus ambitioſa illa & umbratilis diſciplina, quae certas naturae leges ad normam hypotheſium ingenioſa ſubtilitate deflecteret: quo factum eſt ut naturalium rerum cognitio, quae obſervatione & experimentis pene tota conſiſtit, diſputationibus eruditorum per ambages verborum, & opinionum commenta diſtraheretur. De peſtibus autem invaluerat illud potiſſimum, atque animos alte pervaſerat, primam harum cauſſam eſſe ab erratorum vindice Deo: nec repugnavit GUAINERIO, MERCURIALI, CARDANO, LANGIO, quamplurimis, ut ab Jevoha in Davide, ſic in rapta Chriſeide ſaevitum peſte ab Apolline: proin cauſſas peſtium primas in naturalibus fruſtra quaeri; ſecundarias, & tamquam coeleſtis irae inſtrumenta haberi malignos ex maligna coitione ſyderum influxus: dein aeris, vel vi alienigena, vel ſponte vitiati; itemque vel ineffabili atque abdito, vel manifeſto ab exhalantibus, putroris vitio labefactati.

Atque his volutandis, digerendis, percen-

ſen-

ſendis per ſingula, ſtetit diu medicorum omnis concertatio & ſedulitas. Nec quicquam profecit revelata jam primo literarum diluculo obſervationum neceſſitas, quam VERULAMIUS perviderat; nec ſolers BOYLEI diligentia, nec HALESII, nec caeterorum qui ſunt ſubſequuti curioſitas quicquam ad hanc medicinae partem profecit. Non enim tentaminibus quicquam profici potuit, quae bona fide ſibi KIRKERIUS propoſuit, aut quae alia ab aliis ſuper putredine, ſuper vermibus ſunt nimis leviter pertentata.

Proin quae tribus ſaeculis, (feraciſſimis peſtilitatum temporibus) frequentiſſimis librorum voluminibus, ſuper peſtibus ſunt exarata, ea aut exſerendis cauſſarum ſubtilitatibus, aut congerendis opinionum portentis, & immani remediorum farragine continentur. Nec finis eorum, qui diaetas, prophilaxes, Antidota, incredibili & varietate, & ſuperſtitione invexerunt.

Utique utilia multa & ad naturae normam ordinata, ſeu recenſendis phaenomenis, ſeu pervidendis periculis quae BENIVENIUS, PANAROLUS, SALIUS DIVERSUS, mul-

toque magis quae CAJUS, deinde DIEMERBROEKIUS, DEGNERUS & alii annotaverunt; erudita quae FABIUS PAULLINUS, & MERCURIALIS; ſed ſupervacua, ſaepe etiam portentoſa & abſurda, quae SKENKIUS, CARDANUS, WIRDIGIUS, MIZALDIUS congerere non dubitarunt: ut omnino mirandum ſit aut fuiſſe tam plurimos tot vanitatibus irretitos, aut fuiſſe omnino aliquem qui a tantis tenebris ad lucem aliquatenus exſiliret.

Et fuere equidem in multis; nam Epidemica, quae nobis *Magna* vocari placet BALLONIUS quondam inter primos, mox SYDENHAMIUS, HUXAMIUS, nuperrime TISSOTUS, & GRANTIUS prae primis, ad HIPPOCRAT. atque adeo ad ipſius naturae rationem diſertiſſime recenſuerunt.

Sed ultro tamen fatendum eſt inter haec, ſi quid eſt in hac parte ad uſus artis accomodatum, id Italis medicis maximam partem deberi. Nam brutorum quidem peſtilitates, quas vocant *EPIZOOTHIAS*, non modo FRACASTORIUS primus omnium, aut certe inter primos deſcripſerat, ſed RAMAZZINIUS deinde & VALLISNERIUS diligentiſſime ſunt

per-

perſequuti: LANCISIUS autem uſque adeo explicavit, ordinavitque, ut nihil ad ea poſſe adjici videatur: qui & prophilaxin quoque, dum curatio inveniri certa nulla adhuc potuit, eam primus poſt Virgilium propoſuit, quae unica in poſterum videatur eſſe futura; caedem infectorum.

Humanam autem peſtem, quum tentaverint fruſtra plurimi, quum cognoverit certe nemo, nonnulli tamen diligenter utiliterque ſunt perſequuti. Nam MASSARIAS equidem, TRINCAVELLUS, MASSA, CAPIVACCIUS, FERRIUS ad ſaeculi genium plura communiter: ſed quae INGRASSIAS in peſte Sicula, (ann. 1585.) quae in Romana (1656.) GASTALDIUS propoſuerunt, ea & hiſtoriam morbi univerſam, & omnem undique ſeu coercendis, ſeu abigendis, extinguendiſque contagiorum fomitibus, diſciplinam, & ipſam quam dicunt *politian*, minutiſſime complectuntur.

Quare etiam regimen perluſtrandae perpurgandaeque contagis, & cuſtodiarum rationem, ut Itali primum Venetis, ſic caeterae dein per Europam gentes Italis debuerunt.

Nec vero mirandum eſt, quum omnis re-

tro ab HIPP. antiquitas epidemica, peſtes, aerem, putredinem, influxus ſyderum perſonuiſſet; eadem etiam exploratis, perpenſis, fereque attrectatis manu contagibus perduraſſe.

Videbant enim utique advectas cum commerciis contages, contrectatione proſerpere, micare in proximos, vulgari late etiam in remotos: eadem ex adverſo, aut ſubita coercitione perſtingui, aut etiam ſi exſiluiſſent, diſpoſitis late circum cuſtodiis, intercipi poſſe & cohiberi. Atque haec iſta quocumque coeli, ventorum, aeris, & tempeſtatum ſtatu, eodem pene ritu adminiſtrari, & confieri; ut omnem funditus influentis coeli atque aeris ſuſpicionem evelli a mentibus, ac pene evaneſcere ab oculis oporteret.

Sed ineſt illud etiam magnis ingeniis humanae imbecillitatis veſtigium, ut ſupergreſſi ſublimia, humilibus ac pene minimis inhaereſcant: & micantem ſaepe ante oculos veritatis lucem, offuſus aliquis tenebrarum & erroris vapor intercipit. Quapropter quum eſſe plures per tempora & tempeſtates morborum caſus viderent, qui in plures paſſim & vehementer invaderent, quos epidemicos, nempe

mul-

multis communes, & ab aere, quo nil eſt communius, vocari & eſſe conſtaret; contages etiam, quod & ſimilibus modis incederent, quod ſaepe ſubito aut interirent, aut creſcerent, quod mira prorſus, incomprehenſibilique natura conſiſterent; arcana aeris, elementorum & coeli poteſtate conflari, & demitti etiam coelitus crediderunt. Nec enim quicquam fieri ſimile in terris, nec ipſa antrorum ſpiramenta, & quicquid ex imis terrae viſceribus barathrorum inferna profundunt, ſine intermixto aeris & coeli ſpiritu ad peſtes quicquam valere: proin arcana hac iſta atque ineffabili majeſtate naturae, qua tonitru, praeſteres, fulgetra, eâdem contagiorum etiam & peſtilitatum incomprehenſibilem vim contineri.

Acceſſit philoſophorum authoritas, & medicorum conſenſus, qui multa ſuper his meditati, multa conati, latere in abdito hanc vim arcanorum profeſſi ſunt. Mutari equidem multa aſſidue in corporibus vi caloris & frigoris, ſed incompertis modis & miris: nec ea poſſe comprehendi, quum naturam etiam fluentium in corpore, & continentium rationem ignorari fateamur: & eſſe aeris arcana elementa ineffa-

fa-

ſabiles proprietates, quae fugiant aciem ſenſuum humanorum, eaque ignotis hactenus modis diſſociata, conjuncta, quae ineffabilibus item viventum corpora afficiant. Proin abdito naturae miniſterio perfici haec omnia arcanorum portenta, quae occulta prorſus occulte, ex occultis qualitatibus aeris coaleſcant.

At eſſe interim fatendum eſt certas epidemiorum rationes, eſſe inſonte coelo & innocuo contages; eſſe iiſdem certas origines & ſedes locorum; eaſdem alicubi certas, alibi nullas; eſſe quae per manus tradantur ſcienti, volenti, & quae ad arbitrium excitentur. Ut poſſint tandem contagia, vel repugnante coelo confieri, cohiberi; eodem patente omnibus conrepta, coercita, ac pene per vim abſtracta, perſtingui. Quorum omnium aut propatulae veritati demenda fides, aut dedere manus victas neceſſe eſt, ut eſſe epidemica ab aere, eſſe contages toto coelo diſſidentes ab aere, ab epidemico fateamur.

Quae quum meditarer, & verſarem animo diligenter, mirabar magis in dies medio ipſo ſaec. XVII., e CHARTHESII ſecta THOMAM CORNELIUM, ſolerti ingenio atque

acri,

acri, poſt egregia multa quae phyſiologicis experimentis adjecit, hanc quoque de natura contagiorum ſententiam, primum omnium, deinde etiam ſolum extuliſſe: quod nempe peſtium cauſſa = ſtatuenda ſit in halitu, ſpirituque illo qui continetur in ſanguine, & vitam, ſalutaremque calorem univerſo corpori infert = quo viſus eſt non modo peſtis cauſſam, ſed contagii quoque naturam, atque originem attigiſſe; qui ſint nempe = halitus, expirationeſque a morbido corpore exhalantes. = Nempe inter ipſas tenebras, quibus eſt omnis involuta natura, felicibus ingeniis contingit ſaepe, veritatis lucem aliquam excidere, eamque, tamquam praecoces fructus, nec ſtudiis hominum, nec temporibus congruentem; quemadmodum ſuſpicere licet in multis. Sed his tamen ego adduci eo numquam poteram, ut ire contra ſapientum placita, & recepta ſcholarum dogmata primus auderem: praeſertim qui & mihi minimum ſumam; & obliteratam jam pene illam Cartheſiani hominis opinionem viderem; & multa ſint in medicorum rationibus repugnantia, detorta, quae nemo hacte-

nus

nus redigenda, & permutanda ſuſceperit.

Sed multa diu reputantem permovit tandem manifeſta vis veritatis, quae cum novis etiam phyſicorum repertis vehementer conſentiat; tum vicit etiam illud praeterea, quod magnam aliquam videam jamdudum impendere medicis rebus permutationem. Quum enim conſidero quam multa cito, quam magna ſint per hos annos in phyſicis permutata, vix poſſe fieri opinor, quin multa magnaque etiam ad medicinam permanent. Nam pertentata aeris, pene etiam revelata ignis, phlogiſti, caloris animalis natura, non poſſunt haec ſine magno medicarum rationum emolumento conſiſtere. Utique porro reditum eſt jam pene in multis, ad veteres illas priſcorum ambages, & inania commenta; ſed eo nempe fuit redeundum, quo ſedula phaenomenorum obſervatio, & acris ingenii vis primores illos naturae perſcrutatores perduxerat.

Sed quocumque tamen itura res videatur, debemus interim in his multa exteris gentibus: at Italis etiam non modicum; quorum inſita ſagacitate haec nobis myſteria aut inventa, aut omnino perfecta ſunt. Nam qui

Eu-

Eudiometra nobis excogitavit, & dedit; qui virus beſtiarum, viperae in primis, quatenus lethale ſit, demonſtravit, is equidem de vita hominum egregie meritus videatur; qui & quo maxime utamur, & a quibus, cur maxime caveamus, aperuit.

Nec caetera porro leviora: nam Generationem ut praeteream, at certe confectionem ciborum, quam digeſtionem nominant, tanta nuper experimentorum vis exornavit, ut quae nullae ſint cauſſae ejus, pene etiam quae maximae, atque unae ſint, perſpicue ſit conſtitutum.

Quibus fit ut ne hac iſta quidem hominum aetate, ſagaciſſimis populorum Britannis, foecunda Italorum ingenia conceſſura omnem penitus induſtriae laudem fore videantur. Quibus & medicatam electri vim, & mephiticos aeres, & nova lymphaticorum regna, (mira illa quidem) & caloris animalis fontes promeritis; proponent noſtri praeterea revelata nervorum myſteria, eorumdemque prolatos fines, tum plurimas, quas nec diu, nec fruſtra expectabimus, Anatomicarum Annotationum acceſſiones.

Quae

Quae ideo commemoramus, ut appareat quam noſtra nihili, quam maximi aliena faciamus. Sed auguramur tamen fore aliquid, dediſſe librum ambitionis genere novo, nempe utilitati futurae omnium, laudi alienae magis, quam ſuae. Quippe nobis propoſitum eſt auditionem, quam *Acroaſim* nominant, non aliis comparare, ſed nobis; nec quae ſciamus ipſi, neſcientes docere; ſed quae neſciamus, ſapientes, ut erudiamur, depoſcere. Ut enim philoſophi quondam ſe excitos ſaepe ad inveniendas ſubtilium argumentorum rationes, dubitationibus imperitorum profeſſi ſunt: ſic noſtris quoque excitari ſapientes poſſe arbitramur, ut incertam hanc hactenus medicinae partem, indubiis argumentorum rationibus confirmatam conſtituant. Quapropter ne experimenta quidem, ſi quae aliqua forte ſint, praenunciare auſi ſumus: quae forte, ſi haec non improbari viderimus, aliquando etiam ſimus daturi.

Ex his interim illud commodi medicinae acceſſurum arbitramur, ut qui ſubſequentur, quo loco fuerint epidemiorum res, ante iſtam, quam quotidie expectari neceſſe eſt, rationis medicae converſionem, facile intelligant: at-

tulimus enim, non omnes porro, ſed recentiſſimas ſuper his medicorum opiniones.

Nec levis momenti operam impendiſſe cunctis videbimur, qui reputaverint, quantum interſit occultis, an manifeſtis cauſſarum poteſtatibus morbi gignantur: Ut enim praecipuus omnium in debellanda vi cauſſae curationum cardo verſatur; ſic illa ignorata hactenus, potuit curatio nulla conſtitui: *latentis* enim ut cognitio, ſic medicina nulla eſſe potuit; quae poterit fortaſſe in poſterum ex praecognita tempeſtatum temperatione ordinari. Ut enim indumenta corporum per anni vices mutari conſonum eſt; ſic innumera quoque ſunt in victu, in quotidiana corporum procuratione, & totius vitae regimine, quorum vi ſervari eadem ab impendentibus morborum conſtitutionibus poſſint. Nec de contagiis deſperandum eſt, ſi, quae de origine horum propoſuimus plane conſiſtant, quin proprietate quoque paullatim explorata, ſpecifica tandem aliquando medicina perſtingui poſſint, aut reddi leviora. Sin minus, id certe magno emolumento futurum eſt, aucta populorum ſecuritas, firmatae mentes, error depulſus: ut qui arcana aeris

fruſtra formidant, intelligant quam multa, quam jure a diuturnis, praepoſteris & interverſis annorum & temporum conſtitutionibus ſint metuenda; quae poſſint tamen diſciplina vitae aliquatenus, aliquando etiam facile averti. Nec fore umquam tam certos influxus lunae in terreſtria, quam manifeſta, quae a manifeſtis aeris qualitatibus, calore, frigore, humido, ſicco, in corpora manifeſtiſſime derivantur.

Et purum equidem hunc aerem quem ſpiramus, quo vivimus, duci in praecordia oportere; viviſcit enim eo in primis pabulo vitalis vita, & maxime viget. Proin ſordes etiam, ſi quando in aerem, coeno telluris, poedore aquarum, aut tabo putrentium corporum, exſpirant; vitandum eum diligenter, aut, prout res tulerit, permutandum, vincendum; ne officiat intus impropere, quod reficiundo corpori inducitur.

Sed ſciendum eſt etiam inter haec non aeris vitio dandum ſi alieno inficitur malo, ſi extranea ſorde praegravatum tabeſcit: nec ullo citius, nec ullo gravius tentari, quam animali corporum expiratione jugi & multiplici. Ut

non

non magis aerem corpora labeſactare, quam ipſis corporum expirationibus foedari aerem perſpicuum ſit: nec ullam poſſe ab aere, in aere, niſi quam corpora emiſerint, peſtem timeri. Eſſe enim non in aere, ſed in ipſis intus viventum corporibus materiatam peſtilentium omnium contagem, phaenomena cogunt fateri: & id multo etiam magis, quum vivificam aeri vim exſolvendis, perſtinguendiſque exhalationum omnium vaporibus, inditam eſſe a natura, demonſtrent cuncta obſervationum omnium argumenta.

Propter quae ne extabeſcat circumfuſus viventibus aer, munditie in primis, & puro corporis aſſidue cultu cavendum eſſe conſcitum unicuique; ſed curam quoque publicam adhibendam publice communi civium ſecuritati, non victu modo, & cultu ordinandis, ſed maxime arcendis ab aere, quae aquarum, ſoli, & intermorientium omnium vitio in auras emanent, declarant vetera cultarum gentium ſuper his monimenta. Queis & cloacas ſubtus cavatas ad miraculum ſaeculorum, & balineas deſuper in provinciarum modum extructas, & univerſae urbis nitorem ad luxum, ſuperſtitio-

nemque excreviſſe cognitum eſt, atque teſtatum, & pene innumera Romanarum legum teſtimonia confirmant. Nec fruſtra iterari haec ad hanc diem, nimis multa confirmant, quum nullam pene non urbem endemicis etiam epidemice ab aere morbis, vitio ſoli, aut incuria hominum tentari videamus; quae debuiſſent curatiore diligentia emendari: nec enim adhuc longum aetatum intervallum eſt, ex quo celeberrimis urbibus Panormo, Romae, Venetiis, Pariſiis iteratas illuſtrium ſcriptorum querimonias audimus de ſqualore & obſcoeno ſitu viarum, foricarum, tabernarum, macelli, quae peſtes hic illic ſaepe & vehementer intenderent: nec diu item eſt, quum notatam Londini jam ab Eraſmo febrem annuam a vere ad autumnum malignam, vitio aeris, ex marcido ſolo putrentis, audimus tandem emendatam, maximam partem, irriguis aquis, perflatu aeris liberiore, ſtratis viarum, emendatiore urbis cultu; & celebrari nuperis ſcriptoribus creſcentem in dies urbis eximiae ſalubritatem. Ut intelligamus quanti & Principum & reipub. interſit, ut ne haec omnia fieri caſu fortuito, aut coeli vi ineluctabili reputemus, quae poſſunt procuratione homi-

num

num, & diligentia maximam partem anteverti.

Nec vero de vulgi erroribus quicquam dicam, ne omnino nimis videar dixiſſe. Obſurdeſcunt enim aures quotidie his, non plebeculae tantum, ſed univerſi, quam late patet, vulgi rumoribus; peſtem in aere, venenum in aquis, in herbis, in fructibus; hinc tuſſes, fluxus; malignas, omnia. Nempe praeſicco ſolo, & coelo dudum fervente, haec deteſtantur, quorum tutela praecipue duramus, & vivimus. Taedet autem atque etiam miſeret, in tot abſurdis, cauſſari a multis ipſam perſaepe medicorum authoritatem; nec quemquam hactenus haberi, in tanta charitatis praedicatione, qui has conradere ex animis errorum ſcabies, ne una quidem ephemeride cogitaverit.

Quod ſupereſt, qua methodo uſi ſumus, qui minus probaturi ſunt, intelligant hi non conſilio natam, ſed caſu. Quum enim ex imperato obſervandarum conſtitutionum, & condendae horum omnium hiſtoriae praecepta, & leges ordinaremus, mutato repente conſilio aliorum, non noſtro, ceſſit is quidem labor omnis incaſſum: ſed haec exciderant tamen hic illic maximam partem; eoque ordine excide-

 rant,

rant, quod non videretur novam ſententiam licere, niſi veteri exauthorata conſtitui. Nec poterat deinde, qui ſic natus erat, ordo, niſi toto conturbato opere, inverti.

Illud vero etiam objici poſſe ſcio; quod quae epidemica ſunt, eadem certum ſit maximam partem contagioſa cenſeri; ut etiam GRANTIUS inter recentes, dubium ſibi videri velit, num morbi omnes qui epidemici, iidem etiam contagioſi ſint omnes. Proin epidemica quum ducamus ab aere, ab aere item contages duci oportere.

Sed tollit difficultatem attenta rerum conſideratio; non enim ut contagia epidemicis negaremus, contendimus; ſed ipſas inter contages diligenter diſtinximus, ut eſſe nativa & perſtantia, eaque ab epidemicis late ſemota, eſſe eventitia & evanida conſtituamus, ab epidemicis facile & ſaepe manantia: ut quae vis eſt ab aere morboſam labem corporibus, quae vero in his eſt facta mutatio, contagioſam facile vim morbis conciliet.

Quo magis apparet contagiorum rationem omnem & originem in ipſis intus corporibus, & animali materie fore quaerendam. Caeterum ut

con-

contagioſa eſſe epidemica pleraque omnia concedam, facile adducor, qui ſporadicos quoque morbos non raro contages fundere intelligam: videre enim mihi videor non modo acutas, quae ſanguinem vehementius extriverint; ſed tertianas quoque ſimplices febres, communitate thori, mariti labem in mulierem effudiſſe, ut inde etiam febricitaret. Quo & miror minus matronae podagram diuturno accubitu communicatam catello; & miror magis TISSOTUM, quem honoris & amicitiae cauſſa libenter nomino, epilepticum epileptici morſu, non vi morbi factum, ſed caſu fortuito credidiſſe: praeſertim quum Venetiis meminerim canis iram, quod ictu pugionis improbo, reſecto veretro, medio ipſo coitu exſcinderetur, in tantum ſubito furorem exarſiſſe, ut percuſſorem inhianti ore impetitum, nequicquam iterantem vulnera, laceraret; donec confoſſus canis; hominem poſtridie aquae metus, dein ferociſſima rabies peremit: ut quantam non modo contagem mali, ſed qualem, quam ſubito immaniſſimus irae dolor poſſit expromere videamus.

Profecto & exemplorum ejuſmodi abunde

eſt in hiſtoria, & mihi intimius perſuaſum eſt, contagiorum rationem multo admodum latius patere in natura, quam aut hactenus reputatum eſt; aut ut liceat de animali horum origine dubitari.

Ultimum eſt, ut etiam his facere ſatis conemur, qui aut praefationem dari libro minuſculo non oportere contendunt; aut in medicina, naturalis ſcientiae parte praecipua, quicquam proponi ad hanc diem ſine experimentis negant licere. Sed praefationem, opinor, fuiſſe huic opportunam fatebuntur qui alterutrum, etiam neceſſariam, ſi qui forte utrumque legere ſuſtinuerint.

Experimenta autem qui dicunt, ii, ſi cujuſque rei, ut eveniat, inſtitutam ex induſtria quaeſitionem intelligunt, videant ne aut perdifficilem, aut ſupervacuam veſtigationis demonſtrationem requirant.

Primum enim ſi epidemica fieri aliunde quam ab *Latente*, hiſtoria rerum & ratio pervicit, *Latens* id ipſum experimentis fruſtra tentaveris, quod & nihil eſſe conjicias, & hi qui *Latens* nominaverunt, ne inveniri quidem poſſe profeſſi ſunt.

Nec

Nec tamen deſunt experimenta; nam *fixos aeres*, quotcumque, & quales receperis, & quotquot ſunt vaporum portenta, nonne innumerabilibus pene hactenus tentaminibus ſunt explorata? nonne omnia confirmant aviculas, reptilia, inſecta, tum animantum pene omne genus ſub his exanimatum perire? & veneno tamen perire, non morbo; nec vitium illud contagione corporum manare in vicinos, nec umquam manaſſe: ut nec epidemica ab his, nec contagia poſſe expectari arbitremur.

Nonne etiam experimentorum ſatis eſt, quum fide hiſtoriae, teſtimoniis rerum, authoritate ſapientum SYDENHAMII, MEADII, BOERHAAVII, SWIETENII conſcimus Variolas, Peſtes in Europa numquam genitas, numquam ſponte extitiſſe? Atqui antra, mephites, barathra, foricae, ſepulchreta, ſtrages bellorum nullibi magis, aut vehementius, aut ſaepius. Quae ſi propatula, & apprime certa conſtant ratione, nonne & illud conſequi oportet, materiem utique aliunde, quam a terrigenis, ab internecinis, ab aereis; tum potentiarum vires & conditiones alias, quam quae hic habentur, ad peſtes requiri. Jam & contagia

om-

omnia contagio humano, aut animali communicari, & teſtantur, & probat res ipſa: contages autem leviores quum hic illic varias, alibi alias innaſci corporibus, nempe in ipſis intus viventibus generatas emergere, certo certius ſciamus; quod omnia omnibus contagiorum phaenomena, vel nolentibus manifeſtant, profitentur, demonſtrant: num adhuc ab experimentis contagiorum ſcaturiginem requiremus, ut omnino animalem iis eſſe originem & materiem teſtemur?

Revera illud omnino diſſimulandum non eſt; naturam hactenus contagiorum, qua animalis materiae parte, quibus viribus, ratione, forma generata conſiſtant, experimentis oportuiſſe comprehendi. Sed ſpectant haec paullo latius extra contages; tum rem difficilem, effectu exploratam, recuſat hactenus demonſtratio; quae tandem tamen perlucide, ni vana ſpes eſt, & longo non nimis tempore demonſtrabitur.

ERR.	CORR.
Pag. 13. lin. 19. nnuis	annuis.
15. *Not.* l. 13. que	quae.
16. l. 13. antem	autem.
20. l. 18. Sepe	Saepe.
46. *Not.* l. 1 Aphor. l. 5.	Aphor. l. 3.
49. l. ult. memorabilius	memorabilibus.
52. l. 3. epidemicorum	epidemiorum.
ibid. *Not.* l. 3. ſporiadicos	ſporadicos.
57. *Not.* l. 7. praegraeſſae	praegreſſae.
61. l. 4. 114.	111.
66. *Not.* l. ult peſtilenta,	peſtilentia.
69. l. 15. praepotentem coeli	praepotentem vim coeli.
70. l. 6. conſtiturines	conſtitutiones
73. l. 2. (Henn.)	(Ennius).
76. l. 11. ſuperſtitione	religione.
ibid. l. 19. adveuiſſe	adveniſſe.
82. *Not.* l. 8. dele illud	*Marſil. Fic. &c.*
86. l. 9. 147.	156.
91. l. 4. palaſtribus	paluſtribus.
93. l. 3. paluvribus	paluſtribus.
120. *Not.* l. 18. Progopii	Procopii.
123. l. 15. viroſam	viroſa.
126. l. 33. Lorris	Lorry.
ibid. l. 37. melitentem	melitenſem.
138. *Not.* l. 10. quaeſtionem	quaeſitionem.
144. *Not.* l. 11. verſione	adoptione.

SERIES TITULORUM.

§. I.

De Conſtitutionibus generatim. Pag. 1.

§ II.

De communibus epidemiorum, & Contagiorum proprietatibus. 14.

§. III.

De Latente Epidemico. 22.

§. IV.

De ratione Epidemiorum. 38.

§. V.

De proprietatibus eorumdem. 52.

§. VI.

De Contagiis in univerſum. 62.

§. VII.

De iiſdem ſpecifice.
Num in aere gignantur, & perſtent? 71.

§. VIII.

De Contagiis.
Num eadem a terrenis in corpora aſpirent? 80.

§. IX.

De origine Contagiorum Animali. 90.

§. X.

De Contagiorum materie, & formatione. 105.

§. XI.

De Contagiorum differentiis in genere. 117.

§. XII.

Contagium quid ſit ipſum in ſe ipſo. 134.

DE

DE EPIDEMICIS, ET CONTAGIOSIS.

§. I.

De Conſtitutionibus generatim.

1. EPidemiorum quae Scholae nominant, vetus in medicina nomen eſt, & authoritas; utrumque enim ab HIPP. derivatur, qui in haec diligenter animadvertit, eaque difficulter curari praedixit.

2. Quemadmodum enim ſinguli per varios vitae errores, & caſus ſingularibus pene morbis tentantur; quos ideo ſporadicos, tanquam incertos & diſſeminatos appellant: ſic genera quoque cauſſarum ſunt, & morborum in plures paſſim & latenter graſſantium; quos proin epidemicos, populares, vulgivagos nominant.

3. Quin etiam communes, tamquam communis cauſſae progeniem veteribus vocari placuit: ut illos ſingularibus ac pene privatis erroribus vitae; hos tanquam communi communis aeris vitio tribuendos putemus.

4. Nempe a natura ſic comparatum eſt cum animantum corporibus, ut eadem habeant & vitae & morborum principia, cibum, potum, & quem ab aere ducimus, ſpiritum. (*) His nempe alimur, & aegrotamus: & tanto quoque gravius ab aere, cujus aſſidua neceſſitate diſtringimur. Cibo enim & carere aliquatenus, atque eo uti etiam deteriore per aſſuetudinem poſſumus; aere vel carere bono, vel uti malo, ſine magno detrimento non poſſumus. Ad haec cibos experimento atque uſu probatos, aerem quem ſors dedit, haurimus. Ejus etiam quam maxime inconſtans natura eſt, expiratione terreſtrium, aut ventorum flatu mutabilis. Idem nec perſtat diu, nec facile, quum vitium recepit, dimittit.

5. Cibis vero natura quidem perſtantior, vis autem non eadem, quae aeri, ineſt; nam crudos, aſperos, tempus maturat, ars mitigat: nec ſubito, quum receperis, nocent. Licet etiam, ſi quid noxam minanatur, medicamentis, antequam in corpus diducitur, tollere. Etiam, ſi quid venis impropere receptum eſt, abſtinentia, aut vacuatione conſumitur. Sed vincit id ipſum ſaepe firmata corporis aſſuetudo: quare etiam gentes abſurdo victu tolerare hic illic vitam traduntur, valetudine ſatis commoda. (1)

6.

(*) HIPP. lib. de Flatib. per tot. & alibi paſſim.

[1] Ut Lappones, Samojedi, Spitzbergeuſes, Groenlandii ad Boream, Hotentotae in extrema Africa ad meridiem; tum caeteri paſſim ad occidentem novi orbis ſylvicolae; quorum alii radicibus, herbis, fructibus, alii piſcibus, etiam crudis, alii carnibus, non crudis modo, ſed etiam tabo corruptis, utuntur. (*Hiſt. des Voyag. &c. paſſim.*)

6. Tum genera late beſtiarum boves, cameli, elephantes, frugi victu atque levi, ſuſtentant immenſum robur, & ingentes corporum moles. Quin homo quoque, *tam brevis aevi* animal, ſi quando naturae terminos vicit, non tam quali cibo atque victu, ſed quo hauſtu coeli vulgarit annos in ſecula, quaeſitum eſt, proditumque ab hiſtoria. (2).

(2) Reveremur quam maxime praeclari hominis & docti ſententiam = *Haberi etiam ſub Jove malo*, & diutinae valetudinis, *& longaevitatis exempla*. [*Gaub. Pathol. n.* 445.] Nec magnae praeterea deſunt authoritatis ſuffragia; vere enim illud ab HIPP., tum deinde a VERULAMIO praemonitum fuerat, = aerem corpori aſſuetum minus illud depraedari, quam „ novum, & ſubinde mutatum " [*Bac. Ver. Hiſt. Vit. & Mort. p.* 124.] „ Nimirum nativitate & conſuetudine durantur cor„ pora, ut malignum aera non modo innoxie ferant, ſed ſe„ mel adſuefacta vel facilius quoque, quam mitiorem inſoli„ tum = [*Gaub. l. c.*] Quapropter etiam LANCISIO notatum eſt [*de Rom. Cel. qualit.*] Romae & Venetiis, non ſaluberrimis coeli locis, longaevos facile, & plurimos reperiri; quod noſtra quoque complurium annorum obſervatione confirmari fatemur: nempe qui celi vim aut diſciplina, aut corporis robore ſuperarint.

Sed nonne oſtendit id ipſum ſalubribus locis, puro, temperato, praeſertimque aequabili coelo, longaevitatem libentius, tamquam nativo ſibi loco & ſolo verſari? Proin cenſu FLAVIO apud PLINIUM [*lib.* 7. *c.* 49.] videas memorabile longaevitatis exemplum, pluſquam 124. centenariorum hominum capita, regione octava, inter Appenninum atque Padum, quae ſit Italiae temperatiſſima, contineri. Regiones autem toto orbe maxime vivaces haberi, quae ſalubres: longaevos, quicumque fuerint, ſalubribus locis maximam partem vixiſſe. Quum vero VERULAMIUM audieris [*l. c.*] poſt caeteras Inſulas, Hiberniam atque Orcadas cum India, Braſiliam cum Taprobana, ad longaevitatis exempla referentem; nempe non remotiſſimas modo, ſed averſas mundi regiones; nonne etiam intelligas, in tanta, non dicam aeſtus & frigoris, quae nihil faciant; ſed ciborum, potuum, & vitae generis diſcrepantia, communem hunc longaevitatis effectum uni aeri, tam-

7. Ut appareat ciborum elementa non ſpecie, nec multitudine poſſe aeſtimari: ſed communem eſſe quamdam oportere in alibili materie vim, commune quoddam intermixtum omnibus arcanae poteſtatis myſterium; ut in tanta varietate ſubſtantiae, in tanta alendorum diſcrepantia, commune unum ſuppetat omnibus robur, & communis in ſingulis ab una cauſſa proprietas. Nec prorſus ideo fuiſſe ſuccenſendum veteribus, queis talia reputantibus viſum ſit ineſſe hanc aeri poteſtatem, ut e celo fuſus per omnia, corporum autem machinatione multiplici tenuatus in ſpiritum, vitalem vitam viventibus incitaret.

8. Utique enim primas in vivente natura deberi partes igni, phlogiſto, electro, revelatum eſt noſtrorum diligentia; ſed ſuas quoque ſupereſſe aetheri, atque aeri in confeſſo eſt apud omnes; quandoquidem non dubia ejus habentur in multis experimenta: omninoque perſpicuum eſt corpoream viventum compagem quam minimo nutriri, & augeſcere; quoniam quam minima ſolidorum parte conſiſtit: caetera liquenti humore, & diflabili ſpiritus vaporatione maximam partem conflari. (3)

9.

quam maximae, praepotenti, & certiſſimae, tum vitae, tum longaevitatis cauſſae, fore tribuendam? Equidem quum longaevis omnibus toto orbe, quotquot fuerunt, neceſſe ſit caetera fuiſſe non modo diſparia, ſed plerumque etiam contraria; ſi cauſſam unam fuiſſe oportet longaevitatis communem, eamdem nullibi quiſquam, quam in aere poſſit requirere; in eo nempe, qui vitali, & ſpirabili facultate (non aeſtu, frigore, humiditate) vivacibus maxime locis praecellat. Ut ergo in aerem, ſi qua ſit certa, & communis longaevitatis cauſſa, ſit omnino, ac ferme unice referenda.

(3) Sit venia homini dubiis in rebus veritatis fidem quaerenti. Non propugnamus illorum ſententiam, (KEILII,

9. Quapropter condenſa multa in corporibus, carnem oſſa ſanguinem, ex craſſa terrae mucoſaque compa.

opinor, WINTRINGHAMI &c. & recentiorum quorumdam) qui ſolida corporis nec deteri omnino, nec mutatione partium novari proponunt. Sed maximas omnium mutationes in ſanguine, & liquidis humoribus fieri, manifeſto conſtare arbitramur.

Fluida, ut aſſidue diſſipantur, & pereunt, ſic aſſidue refici & inſtaurari oportere: proin copiam ciborum & chili maxime neceſſariam eſſe replendis vaſis, & reparandae ſanguinis copiae; nutriendis enim inſtaurandiſque ſolidis, quum ſemel ex integro evoluta ſunt, materiae minimum impendi. Evolutionem autem ipſam alluvione magis humorum, & protruſione partium, quam memorabili materiae acceſſione confieri. Quapropter etiam extremorum in extimis detrimenta, non magno impendio ſarciri; interius vero per latera, fibras membranas oſſa, vaporatione aſſidue leni irrorari probabile eſt; exſolvi ſeriem ſtructurae per minima, & fortuita inſtauratione integrari, crediderit nemo, qui nec continui ſolutionem in nutritione recipiat, nec cavas eſſe muſculorum & oſſium fibras oſtenderit. Fere autem defluxu humorum, molliſſimo illo quidem, atque lubrico, deteri vaſorum ſtructuram, & amoveri de textu moleculas, non facile quis fateatur.

Nec iis profecto concedimus, ſi qui forte, ciborum alimenta potiſſimum replendis vaſis, farciundo corpori data eſſe opinantur. Sed minimum tamen eſſe quod reficit, illud forte eſſe argumento, inter plura, videri licet, quod dudum exhauſti, quam minimo, bucella panis, aut ejus recentis odore, & quam citiſſime recreamur: Fundit enim ſe late per omnia alibilis ille, volatilis ex alimento vapor, aut ſpiritus rector, & vires inſtaurat. Rurſum quod ſani & valentes, ex multo quotidie cibo, in idem pondus revertimur; [*Sanctor. Stat.*] quod ex pingui culina beati, non magis quam arator polenta & cepis, aut equi ſtipula aluntur, & roborantur. Noviſſime, corpus exſolutione, vel naturali, vel chemica, in putidum liquamen, mox in olentes vapores, momento terrae quam minimo, evolat omne, & vaneſcit.

Et robur quidem in ſolidis facit denſa tactilium fibrarum compages; a fluidis eſt alacris illa, & prompta incitatio, quam veteri illo quodam ſapientum ſpiritu cieri putabant; quem pene omnium in corporibus effectorem ipſe etiam VERULAMIUS vocavit. [*Hiſt. Vit. & Mort.*]

ge conglutinari conſonum eſt ad verſatilem flexamque machinae firmitatem. Caetera multiformi humore lympharum, vapore ignis aethereo, & aere permixta, atque animata conflari: his nempe & motus pernicitatem, & ſenſus aciem, & iſtud illud impetum faciens, & vim acrem animi ſuſtentari.

10. Nec ratio his omnibus diſpar ipſa ab origine; nam ipſa quoque animalis primordia genitalis aurae inviſibili ſpiritu continentur; quo nec coenoſum quicquam ex concretione terrena, nec ex vappido *mucore* lentum pervadit: ſed igneum quicquid eſt ex interiore corporis energia, temperatum leniſſimo aetherei vaporis afflatu, in genitalem auram atque ſpiritum coaleſcit.

11. Jure ergo & HIPPOCRATES pater ſpirabilem hunc aerem quo circumfundimur, advolutum extus corporibus flatum, digeſtum intus membratim per viſcera, ſpiritum nominavit; quem authorem vitae poſuit, & morborum, & interitus. (4)

12. Utique autem in corporibus ſanguinem, pituitam, utramque bilim dominari per anni tempora, & tempeſtatum vices alternis: hos ipſos, quos humores vocant, ex aqua terra igne atque ſpiritu, variatis doſibus temperari; ut horum libratis viribus ſanitas perſtet, diſ-

ſidio,

(4) „ Ac ſpiritus quidem qui in corporibus ſunt flatus „ vocantur; qui vero extra corpus exiſtunt, aer, qui ſane „ maximus eſt in omnibus, quae corpori accidunt, & author „ & dominus. [*Hipp.de Flatib. text.* 5.) Itaque noſſe debemus ineſſe humanis carnibus, oſſibus, membranis, organis, „ denique partibus ſingulis, dum vivunt, in ſubſtantia earum „ perfuſos tales ſpiritus &c. [*Bac. Verul. Hiſt. Vit. & Mort.*] „ Mortalibus autem vitae, & morborum aegrotis, ſolus is „ aer eſt author. *Id. Hipp. l. c. t. 6.* quod non aliunde unquam „ veriſimile ſit morbos evenire, quam inde. *ibid. t. eod.*

ſidio, ſeceſſione, tumultu morborum agmina exiſtant. Sed ſpiritum tamen intus pervadentem omnia, commixtum in ſingulis, dominari late per cuncta.

13. Non modo enim attractus per os, atque nares in praecordia pervadit; ſed ab alimenti quoque ſubſtantia abunde evolutus, per venas late diducitur, & quacunque alibilis permanat lympha, traducitur: tum per aperta corporis ſpiramenta combibitur; quandoquidem extus atque intro perſpirabile corpus eſt. (*Hipp.*) (5)

14. Ut omnino maximas in corporis miniſterio eſſe partes aetherei ſpiritus, quem aerem nominant, neceſſe ſit: quin ipſam quoque vitae vim eo tamquam pabulo ſuſtentari conſonum eſt; quo perſtante, etiam ſine alimento poteſt aliquandiu vita perſtare; ſublato, ſuſtineri eadem quovis alimento non poteſt. (*6*)

(5) Aerem hunc quem ſpiramus, flatum ſeu ſpiritum vocare mavis, immixtum eſſe & interfuſum liquoribus, interceptum vero concretumque cum ſolidis corporis animalis, & corporum caeterorum, veteres omnes & monitu HIPP. & rationis conjectura comprehenderant; poſt HALESIUM autem praeſertimque a recentioribus, demonſtratione quoque confirmatum eſt. Nempe a corporibus omnibus per reſolutionem elici, vel ſponte erumpere vaporoſum, halituoſum, ſpirituoſum neſcio quid, quod aeri in iiſdem intercepto primitus debeatur. Utique nunc *Aerem fixum* vocant id quidquid eſt: nos vero hactenus pergemus vocare ſpiritum, flatum, vaporem; quid enim his nominibus intelligamus, patebit deinceps.

(6 „ Igni ſpiritus nutrimentum praebet; quo ſi ignis „ privetur, vivere non poſſit. (HIPP. *l. cit.* Eandem ſententiam GALENUS, GORRAEUS, FERNELIUS *l.* 4. *c.* 3. *l.* 6 *c.* 16.) diſerte explicaverat; nemo tamen Cor. Coſ. accommodatius ad rem propoſuerat. „ Sibi enim perſuaſum „ eſſe, ait, in primis parem eſſe aeris neceſſitatem tum ad „ animalium vitam, tum ad ignem conſervandum. . . . . . „ Quemadmodum autem ad conſervationem flammae, praeter „ halitus illos qui incenduntur, neceſſarius eſt continuatus

15. Permotis autem nonnumquam vitae compagibus, & facto conſentientium diſſidio, mirum, ut mutata natura, aut evolutis ingenii viribus, erumpat ille, jam vividus vitae vapor, in terrificum virus; ut corpus omne contaminet, ut labem ſpargat in ſanos. Nam etiam vita nondum exantlata, progigni talia in corporibus exploratum eſt: quo minus mirari liceat jam putreſcente cadavere, in immenſum erumpere contagioſae peſtilitatis miaſmata.

16. Quae reputantem iſta quoque conſcire ſibi, & profiteri neceſſe eſt, quanto ad diuturnitatem atque robur fuiſſe paratiorem hanc vitae compagem, quae animantibus tributa eſt a natura, reputemus futuram, ſi purum haurire hunc aerem, & celi ſpiritum tribuiſſet. Nempe coacervatum ex primore illa ſe depromentis expiratione naturae, ex coruſco ſolis ardore, & jugiflua lucis ſubſtantia, aethere porro, electro, phlogiſto, quem ignem hactenus nominaverunt. Igne enim electro atque aethere coaluiſſe primo hanc circumfuſi aeris naturam, convincunt ipſa rerum omnium, a primaeva orbis

„ aeris, qui in flammam jugiter abit, proventus; ita pariter haec ipſa animabilis, ſpirabiliſque natura ad conſervationem vitae neceſſaria eſt; hinc enim vitalis, & ſalutaris animalium ſpiritus perenni ſucceſſione viviſcit." [*de Vit.*] Quapropter jure BUFFONIUS aerem ad ignem non oſcillatione tantum atque motu, ut QUESNAEUS & alii plerumque, ſed materia quoque neceſſarium eſſe perſpicuis fere rationibus demonſtravit. (*Supplement à l'Hiſt. Nat. T. I.*) Cumque adeo receptum ſit animalium calorem a communi igne nil, niſi gradu differre; ſequitur illud quoque a recentioribus jure proponi, ut in aere verum vitalis flammae alimentum, ſeu vitae pabulum contineri credamus. (*Ingen-houſz Exper. T. I.*)

bis terrarum exuſtione primordia. (*) Quem deinde neceſſe ſit contaminatum pingui immarceſcentium uligine, & omnigena exſolutorum corporum emanatione, in aſſidua iſta permutatione, converſioneque rerum naturae, multo craſſiſſimum animantibus obtigiſſe. Quin & converſione ſolis, ordinatione ſyderum, & terrarum ſtatione verſatili per certos anni circuitus, mutari haec omnia oportuit multimodis; ſeu fato rerum, ſeu naturae neceſſitate viventum vices vertente. (7)

17. Quibus de cauſis obortam quoque hic illic variam communis aeris temperationem, pro tempeſtatum ritu, pro omnigena in auras erumpentium ratione, & regnantium in aere elementorum poteſtate, igne in primis & aquarum vapore. Quapropter & coelum gravius alicubi, graviores hic illic per regiones & loca tem-

(*) Quae fuit jam olim HERACLITI, dein LEYBNITZ., mox BUFFONII ſententia.

(7) PLATO in Timaeo quum multa egregie de conſtitutione hominis diſputaſſet = Caeterum, inquit, noſtris illis „ fabricatoribus, de noſtro genere conſultantibus, utrum diuturnius quidem, ſed deterius, an brevioris quidem vitae, „ ſed melioris efficerent, viſum fuit vitam brevem melioremque diuturnae & deteriori eſſe omnino anteponendam = At ille futuram diuturniorem vitae conſtitutionem, neſcio utrum a carnoſiore & *nervoſiore* capitis compoſitione jure deduxerit. Illud utique multo probabilius videtur, pro varia coeli & ambientis aeris conſtitutione ac temperie, rationem quoque vitae diverſam admodum vel duratione, vel vi, & energia futuram fuiſſe oportere. Quoniam autem fortaſſe fieri non potuit, quin aer, quo animantibus neceſſario vivendum erat, uſu hoc ipſo, & contagione corporum omnium, inficeretur identidem, ac funditus perverteretur; ideo proviſum eſt abunde a natura, ut eſſent cauſſae magnae & multiplices, quae vitia in aerem irrepentia ſubinde emendarent, ipſumque adeo perpetuo inſtaurarent; ne eo tandem penitus corrupto, omnis in natura vitae vis & poteſtas deficeret. [*Vid. Not.* 13.]

tempeſtatum & temporum viciſſitudines extitiſſe: quae omnia ad graviſſimas morborum cauſſas, primus inter omnes memoria dignos, HIPPOCRATES diſertiſſime revocavit.

18. Ergo per mutationes temporum morbos fieri; &, morbos certis anni temporibus certos novari; &, eoſdem alias per quodque tempus, mutata coeli temperatione ingraveſcere, perſpicue confirmatum eſt. Quibus legibus univerſam epidemiorum rationem luculenter HIPPOCRATES profeſſus eſt contineri.

19. Quare iſta quoque elementorum dominatio, quae vocant ignem, algorem, humidum, ſiccum, quae tempeſtivos anni circuitus alterna temperatione diſterminat; eadem & in omnibus late regnat, & naturae vim moderatur, & corpora animantum permutat, variata per dies etiam viciſſitudine.

20. Quemadmodum enim poſt nocturnos algores matutinis teporibus corpora jucundiſſime recreantur; mox eadem, ſi occidui ſolis vaporibus, meridiano jam fervore eliquata, objiciuntur, facile aegrotant: ſic per anni quoque vices alternas parilibus coeli vitiis tentantur, & multo quoque gravius laeduntur.

21. Atque hos quidem caſus dum ver ſanguinem exagitat, dum aeſtas bilim flavam, dum atram autumnus exacuit, aeque dum pigra hyems pigras in corporibus pituitas congeſſit, morbos annuos, & pene certas tempeſtatum conſtitutiones appellant.

22. Sed ut in caeteris rebus, quae in multiplici cauſſarum varietate verſantur; ſic in iſta quoque fit multo ſaepius, ut ab conſtituta naturae lege, mutatio-

ne

ne rerum fortuita, ſeu neceſſaria, tempeſtatum & temporum vices aberrent. Proin auſtralem hyemem ver aquilonium, aeſtatem humidam ſiccus autumnus excipiat. Ergo permutatis temporum legibus, etiam animantum naturas perverti, & graviter labefactari neceſſe eſt. Quae enim non potuit apto tempore digeri, intra corpus materia corrumpitur; tum quae fruſtra funditur, vires exhaurit; quae retinetur, multitudine ipſa nocet, aut mora invaleſcit in vitium. Valetudinem autem, tanquam ordinatam in corpore obeundorum diſciplinam, inſueta quaevis & importuna mutatio vehementer disjicit, atque perturbat.

23. Quemadmodum igitur ſi auſtrali die obortus aquilo ſubitum attulit frigus, autumni ſimilem conſtitutionem & morbos fieri oportet. (*) Sic conſtitutiones quoque annuas eſſe ex ordinata temporum ſucceſſione, tum alias fortuitas, quae graviſſimae ſunt, ex perturbata earumdem natura atque ordine: ut eſſe diarias, eſſe annuas, itemque incertas & anomalas ex variata aeris temperie, habitudines temporum, quas conſtitutiones appellant, neceſſe ſit confiteri. (8)

24.

(*) HIPPOCR.

(8) Nemo melius & accuratius HIPPOCRATE hanc omnem morborum ſecundum tempora partitionem digeſſit, & ordinavit: nam ſect. aphoriſmorum tertia, quae in hac re pene tota verſatur, exorſus ab illo effato, quod *mutationes temporum maxime pariunt morbos &c.* [*aph. I.*] indicatis etiam naturarum varietatibus & morborum ingeniis, ſtatim [*aph.* 4.] ad diarias conſtitutiones deſcendit: „ in temporibus quum „ eadem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos „ expectare oportet. " Quum autem pro nativa tempeſtatum indole, & vi neceſſe ſit ſingulis anni temporibus morbos oriri tempeſtatum conditionibus, etiamſi hae recte proceſſerint, reſpondentes; eoſque per annos ſingulos novari, & reverti

24. Et annuas porro qui perviderunt, eos ne illam quidem veterem humorum in corpore, pro elementorum natura, & qualitatum poteſtate quadripartitam per anni tempora dominationem, ignorare manifeſtum eſt potuiſſe; quam inops noſtrorum hominum ſuperiori aetate ſolertia per dedecus amoliri conata eſt. Aeque enim ex pituita per hyemem craſſos humorum *lentores* denſari in corporibus, aeque ſanguinem tepore veris inflari, aeque bilim aeſtate intumeſcere, eandemque diuturno fervore aſperatam, multo atrocius autumno excandeſcere, conſtans docuit & immutata morborum obſervatio. Ut caecutire eos luce in media neceſſe ſit, qui hanc iſtam naturae vim nec ratione perviderint, nec demonſtratam experimento ſint conſequuti.

25.

iiſdem temporibus; ideo hos quoque morbos, qui ſunt ſingularum tempeſtatum proprii, diligenter recenſuit, & ordinavit per ſingulas ab aph. ejuſd. ſect. 20. ad 24. Atque hae ſunt epidemiorum conſtitutiones quas annuas, regulares, communes, ac fere periodicas, quod ex naturali tempeſtatum vi & actione coaleſcant, vocari oportere cenſemus.

Sed quoniam tempeſtatum rationes non ſemper aequo pede procedunt; notumque eſt eaſdem alias ſic ex toto perverti, ut extra ordinem & intempeſtive procedant, aut diu multumque & intemperanter increſcant, & durent: ideo has quoque HIPPOCR. ab aph. 11. ad 14. ejuſd ſect. diligenter deſcripſerat, indicatis morbis, qui maxime per quaſque temporum perverſiones ſint expectandi. Horum equidem exempla dedit HIPP. totis Epidemiorum libris. Quo loco in communionem cauſſarum reſpiciens, ex quibus hi progignuntur, quod nempe ſimul multos afficiant, communes eos paſſim vocavit. Univerſim vero quum eaedem cauſſae non uſque adeo frequentes, & familiares ſint, ut poſſint ullibi revera communes vocari; ideo facile etiam futurum putamus, ut liceat morbos ab his pendentes, nec familiares, nec communes vocare, ſed tamquam ab inſuetis, incertis, & raro apparentibus cauſis, incertos item, inſuetos, fortuitos, & propr e magna epidemica nominare, quemadmodum N. 26. declarabitur.

25. Sed ſpectant alio quae de annua & conſtanti permutatione, ſucceſſioneque morborum, nuperorum etiam libris agitata ſunt diligenter. Propoſitum nobis eſt Epidemiorum, quae extra praeſtitutum naturae modum ingraveſcunt, & eorum quae fuſa late contagione vulgantur, naturam perveſtigare: quam receptam hactenus ex inconſultis Medicorum opinionibus, mutabit forte manifeſta rerum obſervatio.

26. Ergo quum epidemicos morbos dicimus, eos praeſertim intelligimus, quos ſuperiore loco per incertas, anomalas temporum conſtitutiones fieri praedximus: quos proin populares utique, pandemios, vulgivagos, non utique tamen communes, tanquam a communi cauſſa, ut ab HIPP. ſcholae hactenus nominaverunt: ſed ex re ipſa *non Communes*, quin immo raros, inſuetos, incertos vocabimus. Non enim ab hac illa communitate cauſſarum, ſed quod nec certa lege, nec certis intervallis novantur; quod inſueta forma, & graviore etiam metu deſaeviunt, a familiaribus, annuis, atque adeo communibus diſtinguendos cenſemus. Fereque *EPIDEMICOS* proprie, & tanquam pro dignitate *EPIDEMICA MAGNA* appellabimus.

§. II.

§. II.

De communibus Epidemiorum, & Contagiorum proprietatibus.

27. QUod caeteris artibus & diſciplinis uſuveniſſe compertum eſt, ut inventis rebus homines de rationibus earum diſſerere coeperint; id maxime mirum atque dolendum in graviſſima medicinae parte videri oportet; ne poſt cognita quidem epidemiorum phaenomena, rationem eorum ſatis hactenus eſſe quaeſitam. Fereque ut in his quae certa carent demonſtratione, ſic in iſta quoque contingit ſaepe, ut authoritati magis, & praeconceptae opinioni, quam manifeſtis naturae legibus tribuamus. Quare & Variolas homini ingenitas, & Celticum coeli morbo extitiſſe vel magnis authoribus placuiſſe compertum eſt, ſteteruntque eae dudum ſententiae, quarum alteram HAHNIUS, alteram FRACASTORIUS inter plurimos profeſſi ſunt.

28. Saepe autem deficientem, ut in multis, ſupplevit notitiam rerum ſuperſtitio, relabens facile ad coeli vim, atque iras Deorum. Nam quamquam Divinum illud ab ſuperſtitioſa credulitate invocatum ipſe HIPPOCRATES luculentiſſime refutavit; tamen pervicit tandem vel rerum humanarum viciſſitudo, & magnorum nominum authoritas, vel praeſtigioſa verborum inſolentia, ut obſoletam *divini* vim *Latens Epidemi-*

cum,

cum, neſcio quid, vel apud Medicos occuparet. (9)

29. Ergo delibatis per ſumma capita veterum, & ſcholarum placitis, quid tandem veri quam ſimillimum videri poſſit, ex caſtigata rerum indagine proponemus. Exſequemur autem ſummatim momenta rerum coacervata ſine ordine, qualia de vi epidemica & contagioſa ab authoribus afferuntur; ut appareat quam nulla in re ſit evidentius a veritate deſcitum.

30. Primo equidem epidemicus quicunque eſt morbus, hic nullis affixus ſpatiis locorum aut temporum, vagatur late per cuncta; quocumque eruperit ſimul multos prehendit, & uniformiter vexat. Apparet plerum-

(9) *Divinum* illud HIPPOCR. (τὸ θεῖον) quomodo interpretandum ſit proponemus deinceps. Sed hoc loco digna ſunt quae afferantur ipſius HIPPOCR. pene verba, [*lib. de Morb. Sac.*] quibus hanc omnem de divino in morbis opinionem, penitus tollere conatus eſt, *nullum morborum magis a Diis eſſe, quam ſint reliqui* . . ., *omnes ab iis eſſe; neque tamen non deberi ſuis quoſque propriis, & naturalibus cauſis* . . . . quae uſque adeo fuſe & diligenter proſequitur, celebrata pro meritis divinitate, ut ſuperſtitionem omnem ſubvertat. Circulatores autem, expiatores, praeſtigiatores, (exitiale & perpetuum genus) graviſſimis, pro dignitate, argumentis converberat, atque inſectatur. [*vid. & lib. de Aer. loc. & aq.*]

Quadrant autem in hunc mirifice locum ea, que M. TULLIUS exturbandis divinationibus atque portentis ſapienter, tamquam e tripode pronunciavit; ut nil divinius altero eſſe, omninoque nihil ſine natura fieri contendamus = Quidquid „ oritur (inquit Cic.) qualecumque eſt, cauſſam a natura „ habeat neceſſe eſt: ut etiam ſi praeter conſuetudinem ex„ titerit, praeter naturam tamen non poſſit exiſtere. Cauſ„ ſam igitur inveſtigato in re nova, atque admirabili, ſi po„ tes. Si nullam reperies, illud tamen exploratum habeto, „ nihil fieri potuiſſe ſine cauſſa: eumque errorem quem rei „ novitas attulerit, naturae ratione depellito „ [*De Divinat. lib.* 2. *c.* 18.] „ Omnino enim magna ſtultitia eſt earum re„ rum, (quas natura affert) Deos facere effectores, cauſſas „ rerum non quaerere. (*Id. ibid. c.* 26.)

rumque vere & autumno, nec durat diu; ſed altera tempeſtate ortus, altera abſumitur, & cum deferbuit, deſinit; raroque, niſi mutata facie, revertitur. Fereque morborum omne genus epidemice nonnunquam graſſantur, frequentius Variolae, morbilli, oculorum & faucium inflammationes, tuſſes, pleuritides, vere potiſſimum; autumno diſentherici fluxus, maligna exanthemata, malignarum febrium examina, maxime quae per circuitus exacerbantur. Proin autumno in primis, & ex malignis exanthematicis peſtilentibus febribus, populares, quas dicunt, epidemicae multiformes, fereque omnium graviſſimae conſtitutiones exiſtunt.

31. Patere autem, in variata cauſſarum vi & poteſtate poſitum eſſe, proponunt, ut idem ſpecie morbus aut ſparſim in ſingulos, aut gregatim in plures ſecundum loca, aut epidemice incurrat: in quo uno diſcrimen maximum vertitur curationis, & vitae; quod idem morbus, etiam forma ſaepe ſervata, aſſumpto tamen vel loci, vel epidemici ingenio, aſſuetam reſpuat medicinam, & quos prehenderit vehementius affligat, aut citius interimat, aut multo ſaltem difficilius dimittat. Saepe enim ſub miti adſpectu inſidiatus, latenter proſerpit, & ſubita ſtrage excandeſcit. Quo gradu Epidemicus idem & malignus, & peſtilens dicitur.

32. Fere autem difficile dictu eſſe contendunt ob unam cauſſam haec omnia, an ex ſingularibus quaeque conſiſtant? Id ipſum ex quo tam multa, tam varie conſentientia naſcuntur, perpetuum & conſtans in occulta aeris & ſeminiorum qualitate verſetur; an natum

&

& evolutum identidem, variatis, prout tempora ſunt, & locorum, & rerum conditiones, ingenio, viribus, erumpat in morbos.

33. Primoque illud ſciri oportere, ut caeterarum rerum, ſic morborum quoque certa quaedam in natura principia, & immutabilia videri, athomos inconſpicuas, incomprehenſibilia corpuſculorum elementa animantum naturae inimica, & lethiferas facultates habentia. Eadem perſtantia per ſe, certis locis haerentia, dum quieſcunt innocua; ſi aptis ſibi quaeque modis animale corpus invaſerint, abrepta motu vitali, materiae vel admixtione, vel ſtimulo, humores, ſolida, motus corrumpunt, perturbant, vires vitamque ſufflaminant. Quae, ſi quidem mole minima, ſepe inconſpicua, effectus ſubito maximos in animalis perniciem edant, venena paſſim, & univerſim vocantur.

34. Neque in his tamen, ſi proprie venena ſunt, peſtilens quicquam aut contagioſum requiras; quandoquidem vel depreſſa pondere, vel lentore impedita, nec evolant facile, nec proſerpunt: ſed quaæ prehenderint corpora, tenent, donec vel mutata, vel amiſſis viribus pereunt. Quin immo certas plerumque his eſſe ſedes conſtat, certas origines, & circumſcripta ſpatia locorum, & pene definitos agendi modos, vi chemica, mechanica, ſeptica, aut his quam ſimillima: & ſingulares ab his morborum caſus poſſe expectari, quales mephitum, fodinarum, aut ardentium fumi carbonum, aut fermenteſcentium vapores procreant; aut quae ſunt caetera reliquorum venenorum phaenomena.

35. His autem unde epidemici, & peſtes exiſtunt,

aeque venenatam certum eſt ineſſe naturam; ſed illud praeterea, ut miaſmatum & ſeminiorum contagione pangantur in proximum: quorum & incomprehenſibilis natura eſt, & in eo mira vis, ut idoneas nacta ſedes, conditiones, materiem, quos primum infecerint ſuccos, in propriam vertant naturam: quod vel admixtione ſubſtantiae, vel fermentorum ritu, vel propagatione virtutis fieri proponunt. Quapropter contagiorum miaſmata, & ſeminia, tamquam genitalia morborum ſemina, iiſdem multiplicandis idonea vocari placuit. Fere enim ineffabili aurae peſtilentis afflatu contaminatum animal, brevi ſpatio interimitur, & in peſtilentem vertitur tabum, infinitam contagioſae peſtilitatis materiem.

36. Jam horum ſeminiorum principia evoluta e terrae viſceribus, aut ex omnimoda terreſtrium corporum detritione, & interitu, evecta ſurſum in auras emanent, an exſolutis nonnunquam nexibus ipſa aeris elementa quaſi nuda conſiſtant, an in novas formas inexplicabili modo & viribus coaleſcant, perinde cenſeas haberi; quae nulla unquam ſatis ratio perviderit. Sed eſſe tamen reſpondentia his omnibus experimenta: tum ipſum porro per aera fluitare eadem, devecta huc illuc incertis ſpatiorum intervallis, & arbitrio praeſertim ventorum aut deprimi in terras, aut diſſipari in ſublimia, ex ipſis peſtilentium morborum viciſſitudinibus, & hiſtoria conjici poſſe.

37. Quapropter ex inſenſilibus & incompertis aeris qualitatibus concreta eadem, manifeſtarum etiam atmoſpherae qualitatum vitiis (frigore in primis, humidita-

ditate, fervore) juvari, & intendi conſonum eſſe. Proin aeſtuoſo paſſim & ſquallido coelo, cum ſecundo ventorum flatu, etiam trans mare vectas nonnumquam, incubuiſſe terris e longinquo peſtilitates; eaſdem alias, ſalubri coelo & innocuo, per ſummam aeris quietem repente, quaſi evectas ab inferis extitiſſe.

38. Et veteres porro, quamquam Deorum iras & malignos ſyderum adſpectus culparent; tamen multiplices has quoque cauſſarum naturas, & varietates noverunt: proin ab charoniis nonnumquam ſpecubus, aut ingenti motu divulſis terrae compagibus, profuſoque latius vapore, aut ſubito coeli morbo cohortas peſtes narrarunt: eaſdem ex abſurdo victu, in ſumma hannonae egeſtate publicam ſaepe famem ſequutas, aut ingenti occidione cumulatas hominum ſtrages. Dein moveri eas ab auſtro in occaſum conſueſſe, furere per aeſtates, hybernis frigoribus vinci: raro trimeſtre ſpatium exceſſuras, quo nempe ſpatio lethiferam coeli vim, aut abſumi, aut ſaneſcere neceſſe ſit. (*)

39. Utcumque ea ſunt, noſtris utique cum Veteribus in his maxime congruit: Epidemiorum principia in aere perpetuo, & unice fore quaerenda: ſiquidem ex omnigena corporum emanatione detritas moleculas, activa, noxia corpuſcula in atmoſphaeram confluere: aerem in omnia agentem, recipientem omnia in ſe, multa pati, multa mutantem mutari intimius in minimis, ſervatoque, ut volunt, ſenſilium etiam qualitatum ſtatu, multigena externorum acceſſione vires novas induere. Proin tot numero varias contagiorum cen-

(*) *PLIN. Hiſt. lib. 7. c. 50.*

ſeri, diſcrepanteſque naturas, quot morborum formae, quae contagione vulgantur. (*) Hinc varias contagiorum vires, agendi modos, durationes, ſimptomata, eventus.

40. Univerſim, ſive epidemice, ſeu per contagia vulgantur morbi, eſſe hanc unam communem omnium cauſſam & originem, incomprehenſibilem quamdam virulentae poteſtatis naturam, ſic in aere late regnantem, ut nullis ſe ad ſenſum prodat indiciis. Proin ſive admixtum aliquid aeri cohaeret extrinſecus, ſeu ipſe aer recepto intimius vitio laborat, occultum illud quicquid eſt, & ſenſibus incompertum, *Latentis Epidemici* nomen apud Medicos paſſim recepit. Subinde autem manantem in corpora arcanam illam *Latentis* poteſtatem, *vix, niſi contagio humano morbos excitare*. (**)

41. Ergo & commune unum ſeminiorum omnium receptaculum aera haberi oportere, & iis excipiendis, traducendiſque opportunum unum animale corpus. Sepe autem epidemicorum cum contagioſis promiſcuas videri naturas; Variolas enim morbillos, peſtem ipſam, quamvis ab epidemico coeperint, humana paſſim contagione vulgari.

42. Atque iſta quidem multaque de genere eo, pleniore ſunt hactenus Medicorum recepta conſenſu; ut appareat & epidemicum eſſe, & contagia: utrumque au-

(*) *SWIET. ad n.* 1408.
(**) *BOERH. aph.* 1409.
(10 BOERH. nempe de Variolis agens, haec omnia habet ſic. = Malum hoc licet epidemicum, contagio ſuſcipitur „ communicato ab homine qui prius laboravit. [*aph.* 1382.] „ Tamen, vix, niſi contagio humano morbos excitare. „ [*id. aph.* 1409.

autem ab aere eſſe, aut certe in eo dominari. Contagia tamen ab certis nonnunquam ducta principiis, certis etiam rationibus propagari: epidemicum vero ex inſenſilium aeris qualitatum vitio latenter & incompertis modis proſerpere, atque ipſis etiam peſtibus dominari.

Nempe Epidemici verſatile, multiplex, omninoque latens ingenium, fecit Scriptorum vulgo oſcitantia tenebricoſius. Ut omnino neceſſe ſit ex intimiore horum aeſtimatione, quo ſe tandem ſit res verſura conjicere.

§. III.

De Latente Epidemico.

43. PRimo autem qui *Epidemicum Latens* proponunt, nequicquam HIPPOCRATIS authoritatem teſtantur; quanquam enim Divinum illud in morbis hic illic commemoravit; tamen id ipſum alibi (*) luculentiſſime refutaverat; tum & morboſam quamdam ex aere expirationem, (excretionem dixerunt) in corpora derivavit, ab divino plane remotam: non enim ejus providentiam cenſuiſſet haberi poſſe, cujus nulla eſſet apud homines certa cognitio. Quapropter jure etiam poſt GALENUM BALLONIUS ſuſpicionem ejus ablegavit longe ab HIPPOCRATE: ut mirum etiam videri poſſit doctiſſimos dein SYDENHAMIUM & BOERHAAVIUM, deceptos obſcurae, atque incertae vocis ambages, aut falſa rerum opinione, pro *Divino*, *Latens*, ex incompertis aeris qualitatibus conſtituiſſe. (11)

44.

(*) *Vid. retr. Not. 9. & ſeq. Not.* 11.

(11) „ Et ſi quid in morbis *Divinum* habetur, illius „ quoque ediſcere providentiam [*HIPP. Progn. text.* 4.] quem locum GALENUS, poſt multa, interpretatur, *ambientis nos aeris conditionem* . . . . „ Oportet impetum morborum vulga„ riorum cito conſiderari, nec non tenere temporis conditio„ nem, [*Comment. in Prognoſt. Op. Claſs.* 4. *p.* 190.] BALLONIUS autem multa ſuper his meditatus „ Divinum illud, „ inquit, intelligi debet non ſolum de alterationibus, & vi„ ciſſitudinibus temporum (ut GALENUS) ſed & de defe„ ctione, & alienatione eorumdem . . . . . quod qnum con„ tingit, morbi peſtilentes, maligniqque oriuntur, qui prae „ caeteris aliquid latens, & reconditum habent. " (BALLON. de Morb. Virg. cap. 4.) *Vid. & Not.* 38.

44. Ergo Epidemicum in morbis id eſſe dicunt, quod certis temporibus ſimul plures invadit; idque ex occulta coeli malignitate, aut inſenſilibus aeris qualitatibus ingraveſcens. Quapropter *Latens* aliquod in aere principium, idque non *Divinum* porro, ſed ineffabile, abſconditum, regnare proponunt; quo uno explicari caetera epidemiorum phaenomena neceſſe ſit: nempe aliquid majus manifeſtis aeris qualitatibus, & contagiis etiam valentius.

45. Jam ſi Epidemicum vocant hanc iſtam uno morbo, vel pluribus, aegrotantium frequentiam, Epidemicum porro id eſſe, & vocari concedimus; eoque nomine peſtem etiam, & peſtilentes, epidemicos poſſe cenſeri: vulgato quippe contagio morbi increbreſcunt, fitque ea quae dicitur *Epidemia*; nempe uno tempore aegrotantium frequentia. Si cauſſam in eo volunt eſſe, nempe *Latens* quidpiam & abſconditum morbos faciens, idque ſingulari modo in aere natum, atque perſtans; Epidemicum nil dari tale contendimus.

46. Atque illud quidem poſt magnas aeris, & tempeſtatum perturbationes plerumque oriri fatentur; ſed undecumque vis tandem illa eſt, illud maxime & vehementer contendunt, illo regnante, ſub quavis coeli conſtitutione, quaecumque parata ſint morbo corpora, ſimilibus morbis tentari; caeteras autem aegritudines maximam partem obliteſcere, aut in *Latentis* indolem verti.

47. Quibus legibus ab initio, mirum quantum vim *Latentis* infringunt! Si enim morbos non facit ipſum per ſe, ſed parata eſſe morbo corpora oportet; fatean-

tur neceſſe eſt, vel inviti, venturam inde Epidemici cauſſam omnem & rationem, unde illa manat, quae dicitur corporis diſpoſitio: fruſtraque adeo *Latens* proponi quod nihil poſſit; parata enim corpora, etiam levis quaelibet cauſſa in morbum poteſt conjicere; imparata, ne epidemicum quidem poteſt: (12) proin communem cauſſam, & vere epidemicam habendam eam, quae corpora communi modo, & ſimiliter reddit obnoxia.

48. Fere autem his qui aerem corrumpi ſponte in venenatam naturam crediderint, reſpondit ſatis ex ARISTOTELE MERCURIALIS; (*) & ſubdere etiam illud facile eſt; ut corrumpi, degenerare, reſolvi aerem, ſi unum eum ponant, & omogenea concretum natura, non intelligas poſſe; ſi eumdem varium, & multigenum, intelligas omnino non poſſe. Ut enim maria ex infinita illa immarceſcentium colluvie, ne computreſcant, facit ipſa in perenni illa fluctuum volutatione commixtio: ſic multo magis in aere, quo cuncta cogit indeſinens evibratio, expiratioque naturae, nec uſquam contigit quicquam tale, nec ulla, ſi contigerit, emendatura vis videatur; (13) ut omnino nec poſſe aerem

(12) „ Nulla cauſa ſine patientis corporis diſpoſitione „ quicquam efficere poteſt . . . . Sed ut dictum eſt maxima „ pars generationis morborum eſt praeparatio corporis, quod „ paſſurum eſt. [*GAL. de Differ. Febr. l.* 1. *c.* 6.]

(*) *De Peſtil. c.* 7.

(13) Certum perſpicuumque eſt eſſe talia in natura oportere, quae inſtaurandis ac pene regenerandis elemenrorum conſtitutionibus aſſiduam operam praeſtent: ſive enim permutatione aſſidua inter ſe invicem elementa noventur in dies, ut probabilibus argumentis acutiſſime BUFFONIUS propoſuit [*Supplem. T. I.*] ſeu cauſſae ſint quae inquinatam, alienatam, at-

rem corrumpi, nec ex putri corruptaque aeris alienatione, progigni *latens* id quidpiam credendum ſit.

49.

que adeo degenerem eorumdem naturam paullatim reſtituant: certum eſt eadem inter aſſiduas & vehementiſſimas corruptionis cauſſas, ab omni aevo immutata perſiſtere. Jure autem dictum eſt hoc loco, ſi quando aer omnino corrumperetur, nullam fore deinde vim, quae poſſet in integrum reſtituere; non poſſet enim funditus depravari, niſi iis ante cauſſis extinctis, a quibus hactenus inſtauratur. Oportet autem hujuſmodi cauſſas haberi graves & plurimas, & in natura late diffuſas. Primum vim inſitam aeri, extenuandis, exſolvendiſque terrenarum pene omnium expirationum moleculis, efficacem; dein imbres, ventos, tonitrua, fulgura, & omnia quae vocantur meteora: tum in terrenis detecta nuper [*Ingen-houſz. l. c.*] alibilis aeris e vegetantibus expiratio.

Num inſtaurando aeri conferre plurimum infinitam illam marium & aquarum omnium naturam, & vim dubitemus? Equidem leve illud quod a TULLIO ex veteri philoſophia poſitum eſt, quod nempe *aer oritur ex reſpiratione aquarum: earum enim quaſi vapor quidam aer habendus eſt*. [*De Nat. Deor. l.* 2. *n.* 10.] Sed illud certe gravioris momenti eſt, quod multo vividior ſalubriorque aer e mari ſemper expiret. [*BAC. VERUL. & INGEN-HOUSZ.* id. teſtatur, & *LINDIUS Diſſ. de Febr. & Cont.*]; quod piſces dixerit ARIST. peſtis immunes. Nonne vividam illam ſine calore vim in aquatilibus, cum minima craſſi aeris uſura, expreſſus ſenſim mediis in aquis tenuiſſimus ſpiritus, & alibilis aura, compenſat, ac ſuſtinet? Ego equidem in natura videre hanc mihi videor mutuam providentiae diſpenſationem, ut quemadmodum regenerandis reſolvendiſque ex omnigena rerum admixtione aquarum elementis, atmoſphaeram hanc datam; ſic recreandis, inſtaurandiſque vitalis aurae ſpiritibus, conſtitutam hanc in mari aquarum univerſitatem arbitremur. Num non ingentes fluctus, & pene immenſa inquinati aeris volumina, obortis ventis & tempeſtate mari merſantur? Num non aer ab aquis cupidiſſime hauritur? Atqui expirat item ab iiſdem, & nuperis naturae ſapientibus cognitum eſt, fixum quem vocant aerem, iterata ſimplicis aquae ablutione ſanari: verique admodum ſimile eſt hunc ipſum aerem, quemadmodum in foliis plantarum, ſic in branchiis quoque piſcium, ſingulari quadam machinatione mutari, & perpurgatum ſaneſcere.

49. Contingit porro inenarrabili prorſus naturae conſilio, ut libratis quodammodo elementorum inter ſe viribus & poteſtatibus, ex aſſidua iſta rerum omnium colluctatione & concurſu, ſua quibuſque partibus vis, & nativa quaſi ſanitas continenter inſtaurata perſiſtat. Ut ex aſſidua iſta elementorum concitatione, coelo, mari, tellure, recreari quotidie naturae vires, ac pene refici in ſingulis neceſſe ſit.

50. Jam porro ſi *Latens* quicquam eſt in aere, id eſſe aliquid neceſſe eſt; id aeque eſſe unum atque ſimplex, vel multiforme atque varium oportet. At unum & uniforme id repugnat haberi, quod multiformes, & plurimos uno tempore morbos progignit. Multiforme eſſe id ipſum repugnat magis, nempe ſub Epidemico tot eſſe epidemica, & diſcrepantia morborum miaſmata, quot morborum formae graſſantium. Ut etiam atque etiam neceſſe ſit eſſe nihil, quod eſſe aliquid omnino non poteſt. Fere autem ne cum contagibus quidem poteſt *Latens* tale miſceri; quas nec in aere verſari, nec in abdito poſſe conſiſtere demonſtrabimus.

51. Prorſus autem ſi qui vel multiformes poſſe ab *Latente* uno progigni morbos contendunt; videant hi ne multum digladiari in vana re videantur. Primum enim quae certa & perſtantia morborum principia ſunt, ea certum eſt certos, & eoſdem perpetuo morbos feciſſe. Variolarum enim, morbillorum, peſtis, & caeterorum quae ſunt certa ſeminia, aut hos in quibuſvis, aut nullos omnino morbos tulerunt. (14)

52.

(14) „ Videtur autem contagium tantum producere Va„ riolas, non vero ullum alium morbum. [*SWIETEN ad*

52. Nec tuto hi quidem ad varias corporum conſtitutiones confugiunt, ut poſſit idem Epidemicum varios, pro corporum ratione, morbos inducere. Nam poteſt corpus, prout varia conſtat temperatione, proprio quovis ſeminii morbo gravius, aut levius tentari; tentari alieno, aut degeneri omnino non poteſt. Fruſtraque ab eodem Epidemico, ſi caput iſtic incenditur, ſi fauces aeſtu tentantur, computreſcere illic viſcera, aut liquari ſanguinem expectes: non enim poteſt idem ſeu miaſma, ſeu virus, aeque nervos, aeque ſanguinem, & viſcera contrariis pene rationibus labefactare.

53. Dein cur notae rei ignotiſſimam cauſſam proponunt? cur *Latens* pro manifeſto? Quandoquidem certum eſt haberi cauſſas horum omnium potentes, quae non abdita poteſtate, non occultis ſeminiis, non ſtatim atque ſubito; ſed ſenſim per vices, & his quae patent ſenſui qualitatibus, hanc iſtam in corporibus, pro cujuſvis ratione, Epidemiorum labem facile inducant. Nec fore eas infra epidemicam poteſtatem illud demonſtrat in primis, quod contagioſos quoque morbos abſque epidemico, abſque ſeminio, conſueſſe compertum ſit in corporibus excitari. (15)

54. Sed factum eſt vi praeconceptae opinionis, & oſcitantia magis, quam ignoratione cauſſarum, ut etiam ſapientes contabeſcere identidem naturam aeris ſponte crederent, aut venenatis corporum expirationibus conta-

BOERH. aphor. 1382.] nec quicquam contra de aliis contagiis hactenus demonſtratum eſt.

(15) Quod certum eſt obſervatione, & ſcriptorum pene omnium, ad hanc diem teſtimonio. [*Vid. & ſup. his SIVIET. & BOERH. de Epid.*

taminari in immenſum; ut epidemicum ineffabili modo in aere cohaleſcens, ſimul iners, ſimul lethifera poteſtate valens proponeret; ut epidemicos aeque ac peſtes per certos annorum circuitus novari, tanquam neceſſaria quadam expiatione naturae profiterentur: quae omnia refutat ratio, & manifeſta rerum obſervatio. (16)

55. Num degeneri ſpiritu, quem *Fixum Aerem* nominant, aut *Phlogiſto* per coeli tractus regnante, epidemicam intendi labem mortalibus reputemus? Balbutit hactenus ſuper his nuperorum ſagacitas, nondum ſatis experimentorum firmata fide, nec rei prorſus revelata natura. (17) Verumtamen infirmari magis experi-

(16) Mirum eſt SYDENHAMIUM inter alios, in hunc errorem incidiſſe, ut crederet peſtes ſtatis quibuſdam periodorum intervallis redire, eamque periodum eſſe in Britannia annorum 30. aut 40. [*Obſ. Sect.* 2. *c.* 2.] Poſt quem SAUVAGESIUS (*Noſol. Claſſ.* 3. *Ord* 1.) Epidemiam peſtis in Gallia vix quovis ſaeculo redire teſtatur, autoritate potiſſimum VALLERIOLAE, qui peſtem in Occitania viderit ann. 1533. RANCHINI, qui ann. 1630., ſuimet, qui eamdem viderit 1720., adjectis quas MEZERAJUS notat ann. 1348. 1362. 1380. Afferemus alibi teſtimonia peſtium, quotquot fere ab autoribus recenſentur; apparebitque in toto illo cenſu ne unum quidem reverſionis certo periodicae exemplum poſſe conſtitui. Habemus etiam eruditiſs. Viri JOH. TARGIONII literas, quae doceant ſex ſeculorum intervallo frequentiſſimas in Etruria epidemicas conſtitutiones fuiſſe, praeſertim ex variolis, morbillis, febribus malignis &c. quin ulla in tam magno numero, ne ſuſpicio quidem periodicae reverſionis appareat. Revera autem repugnat fere, (etiam ſi Epidemicum Latens receperis) in atmoſphaera, tam mutabili, tam varia re, in tanta concurrentium cauſſarum inconſtantia, revicturam determinatis temporum ſpatiis, & periodis, ſeu vim, ſeu germen, ſeu poteſtatem poſſe conſiſtere. Quapropter jure etiam a MEADIO notatam illam videas SYDENH. opinionem [*de Peſt. part.* 1. *cap* 1.]

(17) WILSONIUS inter alios, nondum ſibi ſatis conſtare ſuper his quae de *Aere Fixo* afferuntur, plane teſtatur [*Opuſc.*

rimento ejus, *Latentis* epidemici opinionem credibile eſt; quo magis compertum eſt his omnibus, quibus ab degeneri ſpiritu nomen eſt, lethiferam veneni vim, atque adeo ſubitae mortis ineſſe, non morbi. Quandoquidem ab charoniis antris, atque mephiticis erumpens ejus indolis vapor, ſubitas huc illuc mortes, intercepto ſpiritu vitae, facile ſparſit: ſed morbos inde extitiſſe epidemicum in morem, nec umquam ſatis probatum eſt, & ex eo repugnat quam maxime, quod talia, recenti commiſſa coelo, neceſſe ſit quam citiſſime in auras tenuari, atque abſumi.

56. Porro equidem peccaſſe in his vulgo Medicos facile patet, & inconſultis hominum ſermonibus perturbatam hanc omnem Epidemiorum, & Contagiorum notitiam; cum Epidemicum & contagioſum ſine ulla paſſim diſcriminatione uſurpaverint; (18) cum Epidemicis multa dederint, quae manifeſtis conſtant contagiorum ſeminiis; nonnullorum certa contagia in admirationis quamdam ſpeciem, epidemica, ut BOERHAAVIUS

ſulle Forze Motr. nella Circol. del Sangue Racc. Mil. T. 2 *p.* 4. *p.* 271] WALLERIUS autem in eo libro quem dedit de Mundi origine multo ulterius proceſſit, ratione enim & experimentis ſubvertit hanc omnem funditus de *Aere Fixo* doctrinam, teſtatus *non extricatum*, *ſed factum* ex acido vitriolico *phlogiſticum vaporem*, eumque magnitudine partium varia, *elaſticum*, *tenuem*, *volatilem*, quem *ſpiritum* olim, atque *Gas*, nunc *fixum aerem* phyſici nominant, [*De l' origine du Monde*, *& de la Terre* §. 9. *p.* 64.] quorum diſputationes tueri noſtrum non eſt, nec refellere

(18) Qua in parte notari poſſet etiam HEBENSTREIT in egregio libro *Antropol. Forenſ.*, praeſertim *Sect.* 1. *c.* 4. *& alibi paſſim.* PUJATUS autem non modo haec ipſa commiſcuit, ſed BOERH. ſuffultus, epidemicum per contagia vagari conſtituit, (*De Morb. Naron. paſs.*) tum alii deinceps.

VIUS Variolas, eſſe contenderint; (*) plures, ipſas etiam brutorum, atque hominum peſtilitates, repudiatis omnino contagiis, Epidemiorum ordini adſcripſerint. (19)

57. Atqui illud quoque aequum eſt perpetuum & conſtans cenſeri, naturae nil temere tribui oportere; nec philoſophum quicquam in naturali ſcientia, niſi ex rationis & demonſtrationis auctoritate ſtatuere. Proin in morbis quoque pangendis, propagandiſque, ſicubi certa, & patentia ſeminiorum contagia ſunt, ibi fruſtra epidemiorum obſcura & latentia requiri. Epidemicum quicquid eſt, idipſum contagio diſſeminari, ipſi etiam BOERHAAVIO repugnat. (20) Fere enim conta-

(*) *Vid. retro Not.* 10.

(19) CHICOYNEAU, DEIDIER, VERNY ſub auſpiciis CHIRACII Med. Regii, cum peſti Maſſilienſi juſſu regis interfuiſſent, peſtem contagioſam eſſe negarunt, eamque ſententiam edito deinde ſcripto Chicoyneau evulgare non dubitavit, [*Reflex. ſur la peſte de Marſeille*] quem Aſtrucius primum graviter refutavit, Meadius etiam jure reprehendit. [*Vid. Mead. de Peſt. in Praefat.*] Etiam PROCOP. [*lib.* 2. *de Bell. Perſ.*] & GREGOR. NISSENUS longa oratione contagioſam eſſe peſtem negarunt: ſed homo hiſtoricus ignoratione cauſſarum, alter etſi medice quidpiam ſaperet, tamen infirmam cauſſam infirmiore argumento fecit deteriorem; profeſſus ideo negari contagium peſti, quod ne ſanitas quidem ſit contagioſa. [*Expoſit. in illud Chriſti quod uni ex minimis meis feciſtis &c.*]

(20) [*Vid. loc. ſup. cit.*] Et repugnat jure; nam contagium eſt quod e corpore, aut e fomite tranſit in corpus; epidemicum contra illud eſt, quod plures ſimul & immediate prehendit; nempe quod a communi cauſſa, atque loco, ideſt ab aere, qui communiſſima cauſſa eſt, & epidemici ſedes, immediate, ſine traduce, ſine contactu, in ſingula corpora infunditur, aut cum ipſo aere hauritur. Ergo contagium, ſi non eſt in aere, non poteſt eſſe epidemicum; ſi eſt in aere, fruſtra vocatur contagium: epidemicum item, ſi contagioſum eſt, fruſtra in aere collocatur. Et poteſt quidem nonnumquam

tagioſum ex certis ſeminiorum principiis certo conſiſtit; Epidemicum non magis occulta coeli malignitate, quam ex occultis corporum mutationibus coaleſcit.

58. Jamque diſſeminatum hic illic, & incompertis modis adhaerens, & dudum latens contagium, potuit ſubita evolutione regnantis epidemici speciem inducere: Epidemicas vere peſtes, morbillos, Variolas ſine ſeminio exiſtentes, nulla umquam aut ratio, aut obſervationis demonſtratio pervicit. (*)

59. Quapropter iſta quoque reputare deinceps utile ſit, quae diſputationem fere antevertant. Principio non idem hominum generi, quod caeteris animantibus commune peſtilentium morborum haberi principium: ſed eſſe ſuas cuique generi peſtes, ovillo, bubulo, equino, canibus, altilibus, feris; ut non communi communis aeris vitio, ſed ſpecifica aut cauſſarum, aut corporum labe vitiari ſingula cenſendum ſit. Quin ſingulis quoque generibus varias haberi, atque etiam mutabiles. (**) Peſtis contagium potuit nonnumquam in epidemicum morem vulgari: epidemica quae peſtis dicitur, numquam

ab epidemica cauſſa contagioſus morbus erumpere; at probat idipſum non in aere, ſed in corporibus epidemicam cauſſam extitiſſe. Contagium nequeat epidemice in multos invadere, niſi ex multa nimis materiae multitudine, aut citiſſima propagatione. Noviſſime illud perpetuo recolendum eſt, quod in epidemicis omnibus quaecumque ſint, non aer aegrotat, ſed corpora. Nec ſi gallinas epidemice videas privato morbo perſtingui, credas in aere tale epidemicum, caeteris innocuum, verſari.

(*) „ Nec conſtat ullo certo experimento Variolas unquam abſque contagio in Europa natas fuiſſe. " [*SWIETEN. ad aph.* 1382 *Coroll.* 2.)

(**) Quam multae pecudum peſtes; nec ſingula morbi
Corpora corripiunt. [*VIRG. Georg.*]

quam aut homines, aut pecudes ſine contagio prehendit. (21) Raro equidem primitus eadem peſtis utrumque genus infecit; ſepe ab homine in pecudes, aut a brutis in homines tranſilivit. (22) Proin Athenis ex inſepulto cadaverum tabo, affectos canes, & volucres THUCIDIDI credas: ſtrage boum, ut nuper in Gallia, homines quoque nonnunquam fuiſſe tentatos. Rariſſimum vero omnium Virgilianum illud haberi contagium, „ quod genus omne neci pecudum dedit, omne fera- „ rum." (23) Quae omnia porro cum epidemico vix conſentiunt, cum contagiis egregie concordant. Repugnat enim, & tam multiplices in epidemicis eſſe naturas; & eaſdem fruſtra, cum nequeant ſine contagio communicari.

*6*o. Rurſum commemorare & illud oportet, ſeu con-

(21) Haec omnia hactenus certa ſunt ſcriptorum pene omnium conſenſu; de cujuſque peſtis contagio certe magna LANCISII authoritas habenda eſt affirmantis „ Nullum ar- „ mentum, ac ne unum quidem bovem communi morbo ſpon- „ te ſua, ſed per contagium aut fomitem ſemper aegrotaſſe." [*De Bovill. peſt., part. 3. c. 3.*]

(22) Notabile in hanc rem teſtimonium eſt a DIONYS. HALICARNASS. [*Antiquit. lib. 9.*] de Romana peſtilentia, quae „ primo equorum & jumentorum & boum armenta ag- „ greſſa eſt, deinde corrupit paſtores, & toto agro progreſſa „ ad urbem venit." Sic apud LIV. ad ann. Urb. 574. „ Pe- „ ſtilentia, quae priore anno in boves ingruerat, eo verterat „ in hominum morbos." Sed ejus caſus exempla ſunt etiam apud modernos. (*Vid. Not. ſeq.*

(23) *Georgic. 3.* Vid. de his omnibus *MERCURIAL. de Peſt.*, *PAULET. Hiſt des Malad. Contag.*, *VICQ. D' AZIR. Method. de Cur. dans les Malad. contag. &c.* In Act. vero Acad. R. Sc. Pariſ. ad ann. 1766. extat a Cl. MORAND relata hiſt. morbi ſingularis a bobus infectis in lanios translati; cujus phaenom. exempla multa videre etiam licet ap. LANCIS (*De Bovill. peſt. part. 3., & in hiſt. vet. paſſim.*)

conſenſione cauſſarum fortuita, ſeu ſpontanea humorum mutatione, multa ſaepe progigni intus in corpore ab innocuis humoribus venenata contagiorum miaſmata; ut diſentherici inter milites fluxus, ut peſtiferae carcerum febres. Eadem ſic nata miaſmata, ſi mora acuantur, ſi ſtagnatione invaleſcant, in peſtilentes, fereque in peſtes evadere. (*) Quemadmodum reſeratis nonnunquam obſoletorum cadaverum foveis, relatùm eſt contigiſſe. (24) Uſque adeo non modo contagioſum ſine epidemico, ſed naſci peſtiferum ſine ſeminio videri poſſit. Uſque adeo animale praeſertim putridum in peſtilens acui, atque evehi ſponte poteſt: quae de contagiis probata ſunt omnibus, de epidemicis abunde negantur.

61. Illud vero etiam mirabilius epidemici poteſtatem tuentibus videatur; quod ſaepe peſtilens annus intactis fuerit ſaluberrimus [*] quod peſtis imbecillos, cachecticos, podagricos minus affecerit; (25) quod eadem

(*) Vid. retro Not. 15. & deinc. Num. 94. 171.): in veras peſtes omnino nunquam.

(24) Utique relatum eſt, ſed ita tamen, ut non facile tale quicquam eveniſſe credamus; quemadmodum oſtendemus deinceps. Contages autem ſtagnatione atque mora vehementiores fieri manifeſtiſſimum eſt: non potuiſſent enim, ni ſpatio temporis adoleviſſent, religatis deinde ſarcinis, quae virus ante excepiſſent, tam vehementes ſubito mortes inferre, quae iiſdem includi potuerunt impune: quod certis ac pene innumeris experimentis probatum eſt. [*Vid.* §. *XI.*]

[*] (25) SYDEN. *ſect.* 2. *c.* 2. Peſte Inſubriam vaſtante, inſuetam ſalubritatem Cremonae obſervatam. (*Murat Tratt. della Peſte*). Adam. CHENOT qui peſtem Dacicam & Tranſilvanicam vidit, & egregie deſcripſit, ab ann. 1755. ad 1757., teſtatur phlegmaticos a peſte facilius evadere, hydropicos ab eadem difficulter tentari. [*Tract. de Peſt.* 1766.] Fuit autem ea pene communis Authorum, qui ſaec. XVI. de peſte ſcripſerunt, ſententia.

ſepe per aetates, aut ſexus excurrerit; ſepe aut determinata urbium loca, aut civium certos ordines, caeteris intactis, invaſerit. (26) Noviſſime nulla umquam peſtis univerſam gentem, ne dicam mortales omnes infecit: eumdemque aerem ſpirantes, certum eſt alios ſponte, alios adhibita diſciplina immunes ſervari.

62. Omnino ſi epidemicum in aere vitium eſt, cur loca ſepe, Civitates, oppida, ſpatiis regionum peſtiferis intercepta, eumdemque aerem ſpirantia, peſtem tamen nullam ſenſerunt? Cur in urbibus peſte graſſante, privatae civium familiae, monaſteria, coenobia, incluſa ſeptis domorum, epidemicum omne effugerunt? (27) At niſi

(26) Solet illud ante omnia citari, quod eſt apud DIONYS. HALICARN. *l. 9.* „ Non conſuetus morbus in puellas „ & pueros ſaeviens; " in quo ſolent quidam Variolas veterum conſpicari; atque in his etiam *HEBENSTREIT Anthropol. Forenſ. S. 1. c. 4.* Eſt etiam apud eumdem Dionyſ. (*Antiquit. Roman. l. 9.*) „ Morbus peſtilens gravidarum, in quo, ſalvis „ matribus, foetus abortu corrumpebantur. " In peſte Veneta annor. 1575. 1576. mulieres potiſſimum, maximeque virgines puellae, & praegnantes affectae fuerunt; inter mares, potiſſimum puberes, minime omnium ſenes, quos etiam PLINIUS a peſte putari dixit immunes. (*Mercur. de Peſt. c. 1.*) Peſtis diſenterica Neomagi Gallos vix tetigit, Judaeis omnino pepercit (*DEGNER*. Sed Altdorfii gravis author HEISTERUS civibus integris, ſcholares & genus omne literariorum acuta febri graviter conflictatos teſtatur. (*Vid. SWIET ad aphor. 1468. tum MERCURIAL. LANCIS MEAD & alios paſſim.*) Peſtilens morbus, qui Nigritas in America nuper caecidit, albos non tetigit *Vid. Not. 44.*

(27) Peſtis Thucididea quum Athenis, in Civitate ſaeviret, hoſtes urbem obſidentes non tetigit. (*THUCID. de Peſt. Athen.* Ea peſtis, quae GALENO in vivis agente Italiam late vaſtavit, Brixiam immunem reliquit [*EL. CAPREOL. Annal. Brix.*] Mediolanum item peſte alia vaſtante Italiam, ſimili modo ſervatum narrat MATT. VILLAN. ad ann. 1348. A peſte Veneta & Patavina, immunes Vicetiam & Tarviſium fuiſſe MERCURIALIS fatetur [*de Peſte c. 16. 17.*] Eadem

niſi diſpoſitis nihil nocet. Utique porro: tum omne epidemicum contagio humano, vel animali diſſeminatur. Ergo & epidemica fruſtra ſunt; & res tandem omnis ad ipſa redit contagia.

63. Nempe quaecumque contagionum ſeminiis caruerint, eadem ſunt peſte, quemcumque aerem ſpiraverint, caritura. Contagia prout varia natura ſunt, ſic variis quoque animantum generibus nocent; prout ſparguntur, aut haerent, ſic continuis quoque aut diſcretis locorum ſpatiis manifeſtantur. Quocumque inſederint, certum eſt interciſis, vel beſtiarum, vel hominum ſocietatibus, vicinitate, commerciis, contagia finem habitura; qui ſibi a contagiis caverint, evaſuros.

64. Quare ut ſuperiorum aetatum peſtes ab notis contagiorum ſeminiis demonſtratum eſt extitiſſe; (28) ſic

de Coenobiis, Monaſteriis, Collegiis, quibus in urbibus peſtis arderet, relata pluries leguntur, ut Romae teſte LANCISIO. Sed celebre ſuper omnia teſtimonium eſt Europeorum, qui Alepi, Alexandriae, Conſtantinopoli, ſaeviente peſte, incluſi domibus, perpetuo & certo evaſerunt. *SWIET. ad aph.* 1407. (*Lobb of the plague*, *Mead &c.*) quo nullum evidentius adverſus eos qui peſtem deducunt ab aere, argumentum poteſt haberi. Servatarum autem in media peſte urbium, maxime in ea, quae anno 1630 Italiam vaſtavit, praeclara teſtimonia ſunt apud MURATORIUM, Tarviſium iterum, Ferraria, Faventia &c. [*Gov. della Peſte lib.* 1. *c.* 1.]

(28) Nempe quae noſtris ſaeculis invaluerunt, maximeque quae a ſaeculo decimoſexto deinceps, quarum mentio eſt apud FRACASTORIUM, MERCURIALEM, GASTALDIUM, RIVERIUM, LANCISIUM, MEADIUM &c. Sed grave in his ſuper omnia, magni viri, quamqnam non medici, teſtimonium eſt MURATORII, qui [*Governo della Peſte*] totis libris, eximio & rationum, & experimentorum apparatu, peſtem nullam fuiſſe umquam ſine contagio, nec aliter quam a contagio, confirmat. Quod quum ad rei veritatem, tum maxime ad confirmandos in ſumma calamitate mortalium animos, plurimum valet.

ſic vetuſtiſſimas quoque omnium & regionum, & temporum, non Auſtris, Nothiſque, aut lethiferis coeli poteſtatibus, ſed commixtis gentium ſocietatibus, & inconſultis hominum, rerum, beſtiarum commerciis debitas fuiſſe. Quo ritu compertum eſt ex incurioſa Turcarum diſciplina, Bizantii in primis, ſaluberrimo orbis terrarum coelo pene annuas ab Aegypto peſtes graſſari; eaſdem reliqua Europa, ordinatis legibus, cuſtodiis, atque omni commerciorum diſciplina, multo rariſſimas evaſiſſe.

65. Fruſtra igitur peſtilentium omne genus epidemicis tribuunt, quae certis, notiſque contagiorum conſtant ſeminibus. Fruſtra epidemicum ex inſenſilibus qualitatum elementis in aere latens requirunt, quod ex manifeſta elementorum, atque aeris poteſtate in ipſis corporibus coaleſcat.

66. Quapropter illud non fruſtra quaeri poſſe conſequens eſt; quaenam his ſublatis futura ſit epidemiorum ratio ſuperſtes? Dein quae ſit ſeminiis origo, & propagandae contagionis poteſtas? Epidemicum enim *la-*

Caeterum collectis omnibus, quoad fieri potuit, Scriptorum omnium teſtimoniis, ſupputatum eſt ad minus centies quindecies viſas in terris, tota Europa, & finitimis Aſiae regionibus peſtilitates, quarum certa conſignata ſint literis documenta. Eo de numero paullo minus quam tricies homines, brutaque communicato invicem morbo aegrotaſſe; ut de contagioſa harum indole dubitare non liceat. Caeteris peſtibus qui contagia negaverint, inter modernos, praeter eos quos (*Nota* 20) citavimus, & aliquatenus FABIUM PAULINUM, & SALIUM DIVERSUM, non facile invenio. Sed eadem pene in ſingulis probant fuiſſe quotquot ſunt hiſtoricorum monumenta; phaenomena autem, & conſtans peſtilitatis & contagioſorum ratio, dubitationem prorſus omnem antevertunt.

latens in aere eſſe nihil; eſſe lethiferas contagiorum alicubi poteſtates, ratione victi, & multiplici experimentorum demonſtrarione, contendimus.

§. IV.

De ratione Epidemiorum.

67. QUibus libris HIPPOCRATES de Epidemicis multa propoſuit ſapienter atque praeclare, iiſdem peſtiferos quoque, & peſtes ipſas complexus eſt: quandoquidem contagiorum ignorata ratione, peſtiferos ab Epidemicis non magis natura, quam vi atque pernicie diſtinguendos putavit.

68. Quem deinde imitatus GALENUS, praetervidit aeque contagia; ſed quo ad Epidemicos, peſtem tamquam ſpeciem diſtinxit a genere, has nempe *pernicioſas Epidemias* appellans; mitiores vero morbos, ſi qui alicubi aliquo tempore abundent, inſoleſcantque, hos generatim Epidemicos nominari. (*)

69. Quo loco illud maxime mirari oportet, ſagaciſſimum humani generis, qui arcana multa naturae introſpexerit, quum morboſam illam *aeris excretionem* (**) in Epidemicis, aut etiam divinum aliquid aliquatenus cogitaret, eumdem perſpecta aliis, ac pene etiam coaevis contagia non pervidiſſe; aut etiam contentum obſcurae vocis ambage, praetervidiſſe. Nec vero felicior GALENUS, qui quamquam admonitus authoritate veterum ARISTOTELIS, THUCIDIDIS, LUCRETII, contagia porro commemoravit; ſed ea tam leviter attigit, vir alioquin diſertus & loquaciſſimus,

(*) *GAL. in HIPP. lib. de Vict. Acut. Tex. 9.*
(**) *De Nat. human. t. 19.*

mus, ut rationem illorum, vimque in morbis potiſſimam, ignoraſſe penitus videatur. (29)

70. Hinc mirae illae medicorum pene omnium de Epidemico concertationes, quaerentium num manifeſta, num arcana atque abſcondita aſtrorum, coeli, atque aeris poteſtate, phaenomena omnia Epidemiorum, & peſtilentium conſiſterent: Nam quum HIPPOCRATES communiſſimam, & neceſſariam horum cauſſam aerem ſtatuiſſet; inventus eſt nemo deinde qui peſtem alibi, quam in aere, requiri poſſe cenſuerit. (30)

(29) ARIST. (*Problem. I. ſect.* 7.) ait peſtem ſolam eſſe maxime contagioſam. Id. *Probl.* 20. quaerit quae cauſſa ſit cur cum peſtiferis converſantes eadem labe inficiantur: problem. autem 4. ejuſd. ſect. alios etiam morbos contagioſos enumerat. Nota ſunt autem quae de contagio peſtis Athenienſ. THUICIDID. & LUCRET. aperte propoſuerunt; tum deinde VIRGIL. (*Georgic.* 3.) OVID. (7. *Metamorph. &c.*) „ Sed HIPPOCRAT. nullibi, ut ego diligenti ſtudio inveſtigavi (*inquit MERCURIAL. de Peſtil. c.* 3.) contagii expreſſa ſemina memoravit ". Et quum GALENUS (*de differ. Febr. l.* 1. *c.* 2. *&* 4.) eadem leviter attigiſſet, AVICENNAS tamen deinde, & qui utrumque ſunt ſubſequuti, tam Arabes, quam Graeci, contagia ne verbo quidem memoraverunt [*Vid. eund. Mercurial. l. c.*]

(30) Peſtis eſt morbus communiſſimus; ergo a cauſſa communiſſima: cauſſa communiſſima eſt aer; ergo Peſtis neceſſario eſt ab aere: communis argumentatio. Mira eſt, & philoſopho digna AMM. MARCELLINI, illa aetate, qua vixit, cauſſarum deſcriptio, qua omnem epidemiorum & peſtilentium rationem dilucide complexus eſt; ut mirum ſit a nullo hactenus Medicorum, quod ſciam, fuiſſe indicatam. Quum enim peſtilentiam, quam obſeſſus Amidae viderat, enarraſſet. (*Rer. Geſt. l.* 19. *in Canſt.*) „ Nimietatem, inquit, frigoris, aut „ caloris, vel humoris, vel ſiccitatis peſtilentias gignere, philoſophi, & illuſtres Medici tradiderunt. Unde accolentes „ loca paluſtria, & contra confines caloribus, ſimilia perferunt." Hinc clades illa, quae Athenienſes acerbe vexavit, ab ferventi Aethiopia proſerpens, Atticam, ut THUCID. author eſt, occupavit. „ Aliis placet auras vitiatas foetore cadave-

71. Ac de Contagiis quidem deinceps; Epidemica autem eo vel maxime certum eſt in manifeſtis aeris qualitatibus ab HIPPOCRATE fuiſſe quaeſita, quod aeris, unde ea ſint, vitia totis libris [*Epidemiorum*] diſerte explicaverit, & exemplis luculenter firmarit; & eorum deinde neceſſariam fore medico *providentiam*, & certam quaſi praeſenſionem affirmaverit. (*) Eorum autem certum eſt providentiam omnem fruſtra proponi, quae omnem ſenſum ſagacitatis effugiant, arcanis tenebris involuta naturae.

72. Ergo eſſe epidemicam in aere poteſtatem, eſſe conſpicuas contagiorum naturas ante omnia intelligendum eſt: ſed illam ſine *Latente* exiſtentem; has nec aeri haerentes, nec epidemicum in morem vagantes. Negamus enim aut epidemicum aliquando extra corpus, vel aliqua coeli parte verſari; aut peſtilentes, peſtemque vi epidemica diſſeminari, quae propria contagiorum ratione, & vi continentur.

73. Ideo diſtinguendum eſſe apprime inter haec, ut nec epidemico arcanam peſtilitatis naturam, nec contagiorum ſeminiis epidemicam rationem, & vim tribua-

„ rum, vel ſimilibus, ſalubritatis violare maximam partem;
„ vel certe aeris permutationem ſubitam, aegritudines parere
„ leviores. Affirmant etiam aliqui terrarum halitu craſſatum
„ aera, emittendis corporum ſpiraminibus necare nonnullos &c."
Et prima ſpecies luis Pandemos appellatur; „ quae vexat in aridioribus locis agentes; „ ſecunda Epidemos, quae tempore „ ingruens; concitat periculoſos humores: tertia Loemodes, „ quae itidem temporaria eſt; ſed volucri velocitate lethabilis."
Ex quo apparet ejus aetatis ſapientes non divino cuipiam, aut latenti, ſed terrenis halitibus, putridis vaporibus, maximeque manifeſtis aeris qualitatibus epidemicos, & peſtem tribuiſſe.

(*) *In Prognoſt.* [*Vid. retr. Not.* 11.]

buamus. Diſtare late haec iſta inter ſe; epidemicum enim redire ad ipſas aeris conſtitutiones; Contagium perſtare ipſum in ſe ipſo oſtendemus. Proin epidemico corpora ad morbos diſponi; ab contagio eoſdem excitari, atque confieri. (*)

74. Ergo veteres jure cum tuſſim aut peſtem epidemice graſſantem viderent, utrumque morbum communi cauſſae tribuerunt; multis enim ſimiliter aegrotantibus, neceſſe eſt eamdem cauſſam multis ſimiliter eſſe communem: ſed illud tamen non jure, quod ignoratis contagiis, communem omnium cauſſam ſemper in aerem, atque unice retulerunt.

75. Divina igitur illa HIPPOCRATIS, & occulta peſtilentium principia, contagiorum indubia notitia ſupplentes, reliquorum etiam epidemiorum cauſſas, quos communes, vulgares, populares, vulgivagos nominant, libenter in aere cum ipſo HIPPOCRATE perquiremns. Aeris intemperiem ex multiplici ſenſilium qualitatum mutatione, meteoris, ventorum vicibus, externorum admixtione, per varios anni, tempeſtatum, & temporum ſtatus, quas Conſtitutiones appellant, corporibus multifariam nocere. Nocere autem non immiſſo miaſmate, nec veneni ſeminio, ſed ſolidorum mutato ſtatu, fluidorum craſi vitiata, motuum ordine, quantitate, vi paullatim alterata. Nec omnino ab his cauſſis materiem morborum inferri corporibus, aut miaſma; ſed nativa paullatim alterari, multiformes humorum alienationes, & acritatum labes induci, donec vitium recipiant corpora, & ſuis quaeque modis aegrotent.

76.

(*) *Vid. Not. 69.*

76 Quae ſi qui ex cognitis corporis elementis, & animalis oeconcmiae legibus diligenter perpenderint, non illi certe aut *divinum* in aere, aut *Latens* quicquam requirant. Quemadmodum enim in naturalibus tempeſtatum & anni converſionibus mutari corporum conditiones neceſſe eſt, eademque ſubitis poſt aeſtus frigoribus ſepe, & multimodis aegrotare; ſic eadem multo magis per aſſiduas & magnas aeris perturbationes contingere reputandum eſt, & multo vehementius ſaevire. Quae quum omnibus communia ſint, afficiant autem pro ſuo quoſque modo, conſequens eſt non modo multos per quaſque conſtitutiones, ſed multis quoque, & diverſis morbis tentari, & in quoque genere populariter multos: quae ratio eſt vulgarium conſtitutionum, quas epidemicas vulgo nominant.

77. Utique ergo epidemicum id eſſe convenit, quod ex inſueta coeli conſtitutioue, inſuetos aliquando morbos, eoſque graves, & uno tempore frequentiores propagat. Nempe non inſuetum aliquod in aere principium, ſeminium, miaſma; ſed inſignem aliquam pro tempeſtatum ratione, in ſenſilibus aeris qualitatibus alienationem. Quo titulo conſequens eſt nec regulares annuos, & tempeſtatum communes, qui certis temporibus revertuntur; nec peſtilentes, peſtemve comprehendi: Sed qualia totis libris deſcripta ab HIPPOCRATE, a magnis temporum perverſionibus fiunt, quae nullis obſtricta legibus, incerta huc illuc feruntur, & magna jure epidemica nominantur.

78. Jam Coelum quum dicimus, hunc ipſum circumfuſum aerem intelligimus, quam & atmoſphaeram vocamus;

mus ; cujus manifeſtarum qualitatum manifeſta vi, quamvis ratione incomperta, mutari viventum corpora certum eſt.

79. Non modo enim diverſis, ac pene contrariis elementorum principiis animantum corpora coaleſcunt, ſed varie etiam temperatis ad quamque coeli conſtitutionem, & ordinatas temporum viciſſitudines; ut omnino his permutatis, mutari viventum corpora ex aequo neceſſe ſit. Quibus enim legibus conſtitutum eſt corpus, iiſdem etiam probe ſervatur: tum aſſueſcit paullatim talibus, quae per ordinatos quaſi circuitus fiunt: quorum vi cohiberi etiam intrinſecus excreſcentes identidem humorum turbas, atque diſſidia conſonum eſt.

80. Jam ex ipſa quoque conſtitutione naturae neceſſe eſt talia viciſſim contingere, & quodam ordine permutari. Quemadmodum enim nec cum natura conſentit, nec e valetudine putandum eſt, eamdem aeris temperationem per dies ſingulos durare noctu & interdiu; ſic ne aſſiduas. quidem tempeſtatum vices continuari: diſſociari enim interim regnantem intus vel pituitam vel bilim, & eſſe in ſe ipſam, & ſanitatem ſubvertere, caeteris praepotentem, oportet.

81. Prorſus vero qui non negaverint, ſanis etiam, ab autumno ad hyemem, ſtatum ſanguinis, humorum, corporis univerſi fieri varium & permutatum, eaſque mutationes e natura cenſeri; eos quoque fateri neceſſe eſt, facile periclitatum iri corpora, ſi quid eas mutationes ſtatis temporibus interceperit. Ut ſi conſtitutio autumnalis perrexerit tota hyeme atram bilim exacuere, quam aſſuevit natura compacto per frigus corpore,

&

& denſatis humoribus temperare; neceſſe ſit vere novo objici corpus novis teporibus imparatum: multoque etiam magis & gravius, ſi hunc corporis ſtatum, poſt auſtralem hyemem ver boreale, tum deinde aeſtas humida exceperit; corpore enim non expurgato, nec renovatis ex ordine humoribus, veteraſcentem intus materiem computreſcere vehementer neceſſe eſt.

82. Nec vero dubitandum eſt hujuſmodi in corpore permutationes adminiſtrari manifeſtarum aeris qualitatum vi & poteſtate; permutari enim omnino ab his cauſſis corpora oportet, quarum vi ſuſtinentur maxime, & vivunt. Nec illud quicquam obſiſtere videatur, quod a gelida hyeme, ad canis aeſtus, aeque ſani duramus: quod coelo ſudo atque ſicco vivitur aeque, ac circumfuſo nebularum vapore. Nempe extrema horum diſſident late inter ſe; eoque intervallo, tamquam ductili quadam temperatione naturae, animalis vita, & ſanitas regnat.

83. Sed illud quoque refert quam maxime; quod nihil horum ob unam cauſſam fieri contingat. Non enim quâ ſole fervent, aut quâ gelu obrigeſcunt corpora, his epidemicis infeſtantur: ſed quâ conjunctis viribus intemperata vis quaedam aeris regnat; quâ ſiccus algor, aut humeſcens aeſtus corpora compingit, aut liquat, computreſcente cum humoribus ſanguine, aut inflammatis viſceribus epidemica vis dominatur. Fere enim inflammatis, & putribus, univerſam epidemiorum contineri rationem, receptum eſt medicorum conſenſu. (*)

84. Rurſum eadem duratione magis quam viribus valent:

(*) *HUXAM, PRINGL., VICQ. D' AXIR. &c.*

lent: raro enim vis illa uſque adeo vehementer intenditur, ut graves ſubito morbos, & diu multos indúcat. Tum ſana corpora etiam vehementes permutationes brevi ſpatio, aut effugiunt, aut ſuperant; diuturnas, leviter ſenſimque irrepentes, ne devitari quidem poſſe perſpicuum eſt.

85. In primis vero permutatus temporum ordo, & praepoſtera viciſſitudo plus afferre periculorum conſuevit, quam ſubiti tempeſtatum impetus, & vehementes incurſus. Et ſubiti quidem motus imbecillis periculoſi; valentes ſpatio periclitantur. Nam ſubita porro vis corpus omne momento perturbat; ſed bene temperatos humores nulla magis cauſſa, quam lenta ſenſim pervertit funditus, atque corrumpit; maxime quae ex inverſa, & praepoſtera tempeſtatum ordinatione conſiſtit.

86. Ergo a permutatis temporum ſucceſſionibus, & perturbata tempeſtatum viciſſitudine, ſi quicquid mutatum eſt longo tempore perſeverat, ut permutatis vicibus in hyemem autumnus irrepſerit, ver inciderit in aeſtatem, etiam annuos morbos in Epidemicos verti oportere conſonum eſt, atque exoriri novas aegritudinum, pro ratione, conſtitutiones, quas nec epidemicum *latens*, nec ulla coeli vis abdita, ſed manifeſtarum aeris qualitatum praepollens ratio excitaverit, confiteri neceſſe eſt. Nec epidemicum *latens*, ignotum, incomprehenſibile quaeri oportere, cum cauſſae ſuppetant manifeſtae & potentes; nec ſimilium effectuum diſſimiles cauſſas afferri, cum ſuperſint ſimillimae.

87. Fereque reſpicientem in haec intelligere neceſſe

eſt

eſt, non fruſtra admoneri nos a medicinae parente, ut a praeteritis temporum conſtitutionibus caveamus; quin & a praeſentibus, maximeque ab inverſionibus tempeſtatum, quid eae portendant in poſterum ſignificari. (31) Quae qui perviderunt, non illi certe aut divinum in morbis, aut latens quicquam requirunt. Sed qualis autumnus, aut hyems, tales vere novo & aeſtate morbos promitti, tamquam e tripode vaticinantur: morbiſque jam increbreſcentibus, facile ex anteacta temporum viciſſitudine, quae cuique maxime debeantur, non levibus conjecturis expediunt. (32)

88.

(31) Ut totis fere Epidemior. libr. & aphor. l. 5. & in Prognoſt. paſſim oſtendit. HIPPOCRATI autem uſque adeo certum fuit eſſe maximam & certam inter morbos, & tempora conſenſionem, ut quemadmodum a temporibus morbos, ſic etiam a morbis nonnumquam tempora poſſe praeſciri non dubitaverit. = Quemadmodum autem ex temporibus morbos „ conjectare datur, ita quandoque etiam ex morbis aquas, & „ ventos, & ſiccitates praenoſcere licet." [*De humorib. t. 9.*] Quin etiam a temporibus tempora poſſe praenoſci, nonnumquam viſus eſt docuiſſe, cum [*loc. cit. t.* 10, „ audiendus eſt, „ inquit, ſi quis novit, quod tali hyeme praegreſſa, tale ver, „ aut aeſtas erit."

(32) Sunt nimis multa, ut recitari poſſint, HIPPOCR. loca, in Prognoſt., in Aphor., & praeſertim totis Epidemiorum libris, quae doceant non poſſe praeſentes morbos cognoſci, niſi ex praeterita tempeſtatum conſtitutione, nec divinari futuros, niſi ex conſideratione praeſentium, quod etiam VALESIUS paſſim, & luculenter inculcat. Prudenter praeterea obſervatum eſt a BALLONIO [*de Morb. Virgin. c.* 4.] „ Quum „ *του θείου* praeſenſio commendatur, hoc Hippocratis conſilium fuiſſe, ut temporum praeteritorum praeſertim, & futurorum ratio ineatur, ad bene & prudenter de morbis „ praeſentiendum; quod idem Galeno videtur in Comment. „ Sed nos [pergit BALLON.] & aliud adjungemus. Non „ ſolum divinum illud de alterationibus, & viciſſitudinibus „ temporum intelligi debet, . . . ſed & de defectione, & „ alienatione eorumdem . . . . quod quum contingit morbi „ peſtilentes malignique oriuntur. „

88. Quapropter obſervatione quoque pervinci poteſt, epidemicos ſepe ſano coelo & innocuo, tamquam repente exſilire; ſed eos qui ſine contagiis exiſtunt, numquam poſt ingentes perturbationes temporum defuiſſe; nec eoſdem ullibi apparuiſſe, quin tale quicquam vehementer, & dudum anteceſſerit. (33)

89. Profecto futuros tales fuiſſe morbos utraque aeſtate in Thaſo & Cranone nemo crediderit, ni ſquallidum autumno coelum, & mitis per auſtros hyems anteceſſiſſet; nec talia relaturum fuiſſe HIPPOCRATEM, niſi certam & conjunctiſſimam horum inter ſe rationem, peritiſſimus naturae ſcrutator intellexiſſet; cujus deſponſam in his fidem, tot jam ſaeculorum vices & teſtimonia, nondum refellere potuerunt.

90. Quae quum GALENUS ipſe, VALESIUS, BALLONIUS, atque inter poſtremos HUXAMUS, ita ſint interpretati, ut reſpiciendum eſſe perpetuo in anteacti temporis viciſſitudines fateantur, (34) quum eadem

(33) Ex his utiliſſimum ante omnia corollarium deduci licet de ratione, atque uſu Metheorologicarum, quas vocant, obſervationum; ut intelligant Medici, tempeſtatum ignorata vi & poteſtate, fruſtra talia annotari, & in tabulas redigi; non enim quale hodie ſit coelum, aut heri fuerit, ſed quale tota tempeſtate praeceſſerit, quaeque ſit ejus quod ſic anteceſſit poteſtas in corpora, ad morborum rationem plurimum referre; quum regnans actu morborum conſtitutio, a praegreſſa conſtitutione temporum maxime pendeat. [*Vid. Not. ſeq.*]

(34) „ Morbi praeſentes a praeterita temporum conditio„ ne fluunt: accipiunt vero etiam differentiam a conditione „ praeſentis, quare utriuſque oportet habere rationem." [*VALES. in 6. Epid. HIPPOCR. ſect. 8. text. 25.*] Quod etiam doctus & gravis auctor CHRIST. MICH. ADOLPH. egregiis in rem & rationibus, & teſtimoniis firmavit [*Diſſert. de Aer. Aq. & Loc Lipſienſ.*] PUJATUS autem in optimo libro de Morbo Naroniano, quamvis diſerte doceret, & crede-

dem abunde HIPPOCRATES diſertis Epidemiorum libris tradiderit, ut ſimilium cauſſarum vi, nempe inverſis & alienatis ſucceſſionibus tempeſtatum, graviſſimas popularium conſtitutiones regnaſſe prodiderit in Thaſo & Perintho, in Cranone peſtilentes & peſtes; mirum admodum videri oportet, philoſophis nonnumquam magis quam medicis, fuiſſe talia certa & perſpecta; (35) medicis autem non adeo omnibus placuiſſe, ut etiam in hac iſta doctrinarum luce, quam quotidie jactamus, extiterint adhuc, qui ab manifeſtis & certis, ad abſcondita illa veterum & incomprehenſibilia qualitatum portenta confugerent. Nonne & ab HIPPOCR. aliquantum deſcivit GALENUS quum populares morbos etiam vitio ciborum atque victus, fieri poſſe contenderet? (36)

Ut

ret, authoritate potiſſimum BOERH., epidemicos propagari contagio; tamen praegreſſas omnino conſtitutiones fore obſervandas praecepit: „ Niſi enim morboſum ſeminium ad debi„ tam maturitatem evectum fuerit, epidemici non erumpent, „ primumque praediſpoſitos afficiunt. [*lib. cit. ſect.* 1. *c.* 4.]

(35) „ Multis morbis tam epidemicis, quam aliis, ſuum „ & proprium ſaeviendi tempus eſt. Falſo id imputatur aeris „ per id tempus conſtitutioni; quum lateat cauſſa in antece„ danei temporis devoluto in illud circuitu, & ſerie tempe„ ſtates anni copulante. Ideo HIPP. in ſuis prognoſticis bo„ nas obſervationes habet morborum, qui temporis elapſi in„ dolem teſtantur. [*BAC. VERUL. SYLV. SYLVAR. Cent.* 4. *Exper.* 384.

(36) „ Atqui generatio communium morborum haud re„ cte in unum aerem ab ipſo [HIPPOCRATE] refertur. „ Siquidem in Oeno tempore famis, leguminibus veſcentes, „ invalidi cruribus evadebant; verum Ervo veſcentes genuum „ doloribus vexabantur. Scimus autem, quod quidam in fame „ edere coacti ctiticum ſemiputre, a communi cauſſa morbo „ communi laborarunt: & quod olim exercitus univerſus, „ quum aqua vitiata fuiſſet uſus, in omnibus militibus pari„ ter malum ſenſit. [*GAL. in HIPP. de Nat. hum. Comm.* 2. *t.* 3.]

Ut appareat, non modo occulti atque ineffabilis, ſed ne communem quidem aeris poteſtatem ad epidemicos GALENO unicam, & neceſſariam videri. Multoque magis quum certum ſit (n. 60.), etiam ſanis corporibus ſine epidemico, ſine contagio, innaſci ſaepe contagiorum miaſmata, quae poſſint facile in morbos populares vulgari.

91. Atque his perſpectis, illud tandem conſtituere neceſſe eſt; eſſe annuos morborum pro nativa tempeſtatum ordinatione circuitus; quos ex ordinata humorum in corpore, & neceſſaria permutatione, periodicos, annuos, regulares, certos vocamus: eſſe graviores, & multiformes ex fortuitis tempeſtatum inverſionibus, & permutata natura, morborum conſtitutiones, ſymptomatis, duratione, eventibus varias; eaque incerta prorſus, ſed quum inciderint, magna Epidemica nominari jure, & cenſeri: quae nemo melius HIPPOCRATE declaravit, atque conſtituit. (*)

92. Horum autem cauſſas, remotas ut vocant, mutandis corporibus, labefactandis, aut pervertendis humoribus, non utique *latente*, aut *divino*, ſed ſenſilium aeris qualitatum actione multiplici contineri: immediatas autem, quas etiam proximas nominant, his ipſis corporum mutationibus in actum deductis; ut pro varia corporum conditione eoſdem, aut varios, citius, ſerius, inducant morbos, deberi.

93. In quibus porro ſi qui rationum argumenta detrectant, ſpes eſt permoveri eos exemplis rerum memorabilibus oportere. Nam, ut ne quid a ſuſpecta, in

D his

[*] *Vid. Not.* 8.

his, veteris hiſtoriae fide, mutuemur, ſuperſunt repetita ab recentibus teſtimonia; quum altero ab hinc ſaeculo invadentem in Britannos peſtilitatem, (ephemeram, aut ſudorem anglicum nominaverunt) eo ingenio pervagatam teſtantur, ut in populares paſſim deſaeviens, ab alienigenis temperaret; (37) Britannis autem ne in Galliis quidem, & trans mare degentibus parceret. Quod quum alibi ſaepe alias, tum nuper etiam in occidui maris Inſulis, celebrium Scriptorum teſtimonio confirmatum eſt obtigiſſe. (38) Num ſingulare aliquod latens in aere venenum comminiſcemur, Britannorum ſanguini, aut nomini uſque adeo inimicum, ut ab his ne alieno quidem ſub coelo abſtineret, caeteris gentibus ne inter ipſos quidem Britannos officeret? (39)

94.

(37) Dicitur apparuiſſe primum anno 1574. aut 75., & quum pluries recruduiſſet, ante dimidium ſaec. XVII. tandem evanuit, nec deinde viſus eſt uſquam. [*JOH. CAJUS de Ephem. Britann.*]

(38) Sunt, praeter caetera, exempla CARDANI narrantis, Baſileae ſaeviſſe peſtem in Helvetios, intactis Italis, Gallis, Germanis. Haffniae ſimiliter, quum peſtis arderet in Danos, immunes fuiſſe Germanos iterum, Belgas, Britannos, refert HUTENOV. Sed illud recens & memorabile eſt; quum gravis epidemia Boſtonii in America inter ſervos Nigritas regnaret, nativi omnes, ſeu liberi, quos albos vocant, incolumes ad unum fuere, nigritae omnes quam maxime periclitati ſunt. In eo autem illud notatione dignum maximopere apparet, quod congeneres Nigritae, qui tum temporis Cetariae piſcationis cauſſa, toto mari abeſſent Boſtonio, eodem aeque ſunt morbo implicati, quum in eadem claſſe, albi nulli aegrotarent. [*Mem. de Mr. PERKINS Medec à Boſton*, *remis à Mr. FRANKLIN. Vid. Hiſt. de la Soc. R. de Medec. de Paris Tom. I. pag.* 206]

(39) Omnino afferre ipſa *PERKINSII* verba neceſſe eſt, qae ingenuam veritatem, nec fuco oblinitam, nec hypotheſibus praejudicatam praeſeferunt. = *Il paroit d' après pluſieurs obſervations, que les fiévres epidemiques les plus mortelles ne ſont*

94. Nempe eſſe varias non hominum modo, ſed gentium quoque inter ſe, pro vita, victu, atque coelo temperationes neceſſe eſt; ut nec ab iiſdem, nec aequis legibus afficiantur. Quapropter potuit ſingulari ejus gentis conſtitutione, ſingularis aliqua humoribus labes innaſci, & delata huc illuc, ſimilibus inhaerere, quae diſſimiles fruſtra tentaret. Migraſſe enim contagem illam non ab aere in corpora, ſed maturatam in corporibus, paullatim erupiſſe in affines, & aeque diſpoſitos, comprobatum eſt ab hiſtoria. Uſque adeo refert, non quale quantumque epidemicum, ſed in quae corpora ipſa quoque vis peſtilitatis inciderit. Poſſe autem & contagia in corporibus ſponte, & utcumque inducto contagio, peſtem *epidemice* debacchari, & indicatum eſt, (n. *60.*) & clareſcet deinceps. (*)

pas ordinairement produites par des cauſes immediates ; la cauſe étant ſouvent établie pluſieurs mois avant que la maladie paroiſſe. On en trouve des preuves convencantes dans les perſonnes, qui étant fort éloignées d' une Province, d' une Ville, ou d' une famille, ont été attaquées de l' Epidemie regnante dans les pays qu' elles occupoient d' abord. [*Vid. l. cit. p.* 208.]

* Nempe ſi quavis de cauſſa profuſo latius contagio, quamplures ſimul prehendit. Epidemicum enim eſt quod plures eodem tempore invadit. (*Vid. N.* 110. *Not.* 45. *& alibi.*)

§. V.

De Proprietatibus eorumdem.

95. HActenus quae ſint in aere conſpicuae adverſus corpora poteſtates non leviter indicatum eſt. Nunc decet etiam quae ſint Epidemicorum maxime propria intueri. Primoque conſueſſe eadem notatum eſt pene certis anni temporibus & exoriri, & abſumi: ſed tamen illud quoque firmatum eſt authoritate ſapientum, non raro eadem, etiam contrariis temporibus graves morbos tuliſſe: ſaepe morborum diſcrepantes naturas invaluiſſe ſub eadem conſtitutione, aut quam ſimillima coeli temperatione; eoſdem alias, aut ſimillimos morbos tempeſtate diſſimili, ac pene contraria. Nonnumquam coelo perſtante, epidemica vis, quae pene deliqueſcere videbatur, novatis viribus repente recruduit.

96. Degeneres autem ſub Epidemico morbos reddi, & tamquam in communem verti naturam, pleriſque omnibus, & apprime graviſſimis commune eſt. Quare etiam ceſſare morbos alios maximam partem, probatum eſt, regnante epidemico: quin multis ſimul per initia graſſantibus, eſſe tandem qui victis caeteris dominetur. (40)

97.

(40) Adnotemus hic breviter, ne aliquando poeniteat non adnotaſſe: Communis eſt haec ferme omnium Medicorum doctrina, ſub epidemico caeteros morbos, nempe Sporiadicos, ſeu *Intercurrentes* quieſcere; peſtilentem annum eſſe, intactis, apprime innocuum & ſalubrem: quae ita dicunt de epidemicis indiſcriminatim, ut aeque competant vere epidemicis, & ſimpliciter contagioſis. Si ergo haec aeque ſunt vera de utriſque, nonne

97. Quae quum notaſſet inter omnes praecipue SYDENHAMIUS, utique ad naturae normam, & Hippocraticae veritatis rationem revocaſſet animos medicorum, ſi liber ipſe ab opinione *Latentis* evadere potuiſſet. Quamquam enim quae HIPPOCRATES paſſim adumbravit, diligentiſſime recoluiſſet, & obſervandi mira facultate praecelleret; tamen haeſit potiſſimum in eo, quod per quaſque conſtitutiones viſus ſit praeſentis magis, quam praeteriti temporis habuiſſe rationem. Tum morbos vere epidemicos cum contagioſis ſaepe commiſcuit, quaſi ab unica cauſſa penderent: eorumdem autem phaenomena, niſi ab occulta aeris poteſtate, explicari poſſe non cenſuit.

98. Verumtamen in exarandis epidemiorum proprietatibus, quas graphice delineavit, viſus eſt ab natura minus, quam ab recepta opinione *Latentis* recedere. Quamquam enim epidemicos a *ſecreta, atque inexplicabili aeris alteratione progigni* contenderit, (*) fruſtraque *deſudare eos* qui epidemicarum febrium *rationem ab congeſta in corporibus materia deducunt*; (**) tamen interjecta alibi multa videas, authoritatem ſententiae quam maxime permulcentia. Conſpicuas aeris qualitates corpora hic illic ad Epidemici generationem diſponere; quemadmodum & vitia rerum, quae non na-

egregie convincunt, ipſis regnantibus, conſtitutionem praeſentem aeris innocuam eſſe, & tutiſſimam? nonne illud jure conſequitur, epidemicum quodcumque a conſtitutione tempeſtatum praeterita, contagioſum ab vulgato contagio omnino duci oportere, quorum neutrum commune quicquam habeat cum praeſenti aeris conſtitutione?

(*) *Sect.* 1. *c.* 1.
(**) *Sect.* 1. *c.* 2.

naturales dicuntur. (*) Epidemicos, quamquam ab recondito pendeant, tamen manifeſtarum etiam aeris qualitatum pro tempore vires ſentire; earumque arbitrio epidemicos evocari paſſim, aut arceri. (**) Proin harum quoque vi, regnans jam late epidemicum inverti facile, atque deflecti; ut mitem nonnumquam autumnum, frigus humidum ſubito excipiens, *comatoſam febrim* in tuſſim verterit cum pulmonis inflammatione. (***) Quo minus mirari neceſſe ſit, acutos *Intercurrentes*, quos alii ſporadicos vocant, ab ſenſilibus aeris qualitatibus omnino progigni; (****) aut eoſdem, de ingenio regnantis Epidemici participare. (*****)

99. Atque haec quidem ita propoſuit, ut epidemicis & contagioſis videantur eſſe communia. Sed contagioſos deinde uſque adeo ab *Latentis* dominatione ſemovit, ut ad peſtem excitandam contagioſa in primis miaſmata neceſſario requiri contendat: quin ſuſpicari quoque ſe fateatur, nullam umquam in aere peſtilitatis vim tantam poſſe cenſeri, ut peſtem ſola propignat; ſed etiam contagia neceſſario requiri: & eſſe perpetuo vigentem alicubi contagiorum ſcaturiginem, ut promanare hac illac facile poſſint. (41)

100.

(*) *Id. Sect.* 1. *c.* 2.
(**) *Id. Sect.* 3. *c.* 4.
(***) *Id. Sect.* 5. *c.* 2. & 5.
(****) *Id. Sect.* 1. *c.* 2.
(*****) *Id. Sect.* 6. *c.* 1.

[41] „ Interea aeris diſpoſitionem, quantumvis λοιμώδην, „ peſti ſuſcitandae per ſe imparem eſſe vehementer ſuſpicor; „ quin peſtilentiae morbum alicubi ſemper ſuperſtitem, aut „ per peſtiferi alicujus appulſum e locis infectis in alios deferri; ibidemque non niſi accedente ſimul idonea aeris diatheſi „ popularem fieri. Alias enim non aſſequor, qui fiat, ut in

100. Ergo ſi nulla peſtis etiam SYDENHAMIO auctore, ſine contagio, ſi intercurrentes morbos manifeſta vis aeris creat, ſi eadem etiam in Epidemicos plurimum poteſt, iis ciendis, temperandis, arcendis; quid cauſſae eſt cur ablegatis certis, atque perſpicuis, ad incomprehenſibilia, atque abſcondita perfugiamus? Cur has iu *Latente* proprietates quaeramus, quas haberi manifeſtas in aere, in corporis compage, in humoribus fateamur?

101. Rurſum igitur, quae epidemiorum proprietates vocantur, ſic aeſtimemus, ut eas ab aere coſpicuis viribus in corpora agente, deducendas putemus: nec ullum fere eſſe corpus, quod per varias temporum ac tempeſtatum viciſſitudines, pro varia vitae, atque victus ratione, non multimodis aliquando alterari contingat. Gignuntur enim ſenſim & latenter in humoribus vitia; & quamquam ab uno ducta principio, in multiplices tamen formas morborum, prout corporum ſingulorum naturae ſunt, adoleſcunt; ut tandem mutatis etiam temporum conditionibus, ſubito erumpant.

102. Fere autem, ut peſtes unico plerumque mor-

D 4 bo,

„ eodem coeli tractu, dum unum aliquod oppidum peſte graviſſime affligitur, aliud non longe diſſitum, omnem commercii neceſſitudinem cum loco contagioſo caute inhibendo, prorſus immune ſe praeſtiterit: quemadmodum non ante multos annos, peſti per univerſam fere Italiam immaniter graſſanti, magni Ducis cura atque prudentia aditum in Hetruriae fines penitus interclusit." [*SYDENH l. c. ſect.* 2. *cap.* 2.] Eadem MEADIUS, & multo etiam fuſius perſequitur; peſtem omnino in meridionalibus naſci; cum mercibus in regiones diſſeminari; eſſe enim perpetuum quemdam contagiorum ab hominibus in merces, ab his iterum in homines circuitum &c. [*De Peſt. p.* 1. *c.* 2.]

bo, ſic epidemica diverſis & pluribus continentur. Nempe ut appareat, peſtes ab uno certo principio materiem, & certa ſemina mutuari; epidemica, ab extrinſeco inducta vi, morborum ſpeciem, atque formam a conditionibus corporum variam recipere. Proin peſtes integris ab initio materiae viribus, magno ſtatim impetu erumpunt, eademque forma, prout coepere, continuant; donec effoeto, aut difflato veneno, evaneſcant. Epidemica, morborum formas, pro ut ſunt corpora, quae intus mutantur, oſtendunt; ſed vaneſcentibus paullatim multis, coaleſcunt in unum: non poſſunt enim quae inaequaliter parata ſunt, ab eadem cauſſa aequo tempore, in communem indolem verti.

103. Quo magis elucet Hippocraticae veritatis authoritas, perpetuis naturae documentis firmata, oportere medicum morborum rationem ex temporum ſtatu, & tempeſtatum conſtitutionibus cito cognoſcere; (*) morbos enim fore quales anni conſtitutiones & tempora; (**) graves eoſdem, perque difficiles = quales in „ Perintho graſſantur quando quid defecerit, aut exſu„ perarit, aut flatus, aut non flatus, aut aquae, aut „ ſiccitates, aut ardores, aut frigora. “ (***) Ut ab his cauſſis parata paullatim corpora, etiam mutato dein temporum ſtatu, matureſcant facile in morbos.

104. Manifeſtum eſt equidem conſtitutionis vim nullam eſſe tantam, ut morbos ſubito, vel imparatis corporibus poſſit efficere: nec eam in valentibus muta-

tio-

(*) *Prognoſt. Text.* 4.
(**) *Aphor.* 8. *Sect.* 3.
(***) *Epid.* 2. *Tit.* 5.

tionem, quae morboſa diſpoſitio vocatur, ſubito effingi. (*) Quapropter quum certa conſtet obſervatione epidemicos, & multiformes in eadem conſtitutione progigni, & diſpares in ſimilibus, & in contrariis ſimilliмos: eoſdem alias, quum contraria tempeſtate apparuerint, vel ſecunda ſponte finiri; vel prope evaneſcentes, ſaepe ſubito recrudeſcere: perſpicuum eſt nec epidemicum latens, nec praeſentem temporis conſtitutionem, poſſe his omnibus paria cenſeri. Ergo nec morboſa illa aeris excretio, nec manifeſtum ullum contagium poſſit, niſi aptis jam paratiſque corporibus, epidemicam labem intentare: ut omnino neceſſe ſit epidemicae conſtitutionis rationem aliunde, quam a praeſentibus mutuari. (**)

105. Nec illa repugnat ratio quam SYDENHAMIUS propoſuit; = etiam pancratice valentem ſi quae „ in loca inciderit, febre ibidem graſſante, brevi la„ boraturum: “ (***) utique enim in paluſtribus & coenoſis, valentia quoque hominum corpora, quam facillime periclitantur; ſed vitio corrupti coeli, & marcentis aeris manifeſto; quo ritu morbi locorum culpa, epidemice ſaepe vulgantur. (42)

106.

(*) §. *IV. per tot.*

(**) De his omnibus Vid. retr. §. *IV.* *&* *Not.* 34. 35. *&c.*

(***) *Sect.* 1. *c.* 2.

[42] Nempe de Endemicis maxime valet SYDENH. obſervatio; in quibus etiam PUJATO authore = quamvis vi„ tia praegraeſſae conſtitutionis paſſus non fueris, nullamque „ praediſpoſitionem habueris; ſerius, ocius, gravius, remiſ„ ſius, morboſi coeli ſpiramina affectura te ſint. = [*De morb. Naron. ſect.* 1. *c.* 4.] Quo loco placet etiam inſtituta ab eodem inter Epidemicos, & Endemicos comparatio. = Con-

106. Qood autem ſub Epidemico conſueſcant morbi, tamquam a nativa alienati, in regnantis indolem vertere, nonne illud demonſtrat magis, eoſdem non ſubito ingruentes e coelo, ſed cauſſa dudum latente in corporibus, tamquam ex abdito manifeſtari? Nempe morbi ſunt pro ut corporum conditiones; & fortuitae morborum cauſſae, quae ex uſu ſunt vitae, atque victus, prout cuique obtigerunt, fortuitos morbos quoque tempore intendunt: ſed fore eos quales ex communi corporum diſpoſitione, communis, quae epidemica dicitur, cauſſa coegerit, certum eſt. Nulla autem communior ex aere cauſſa eſt, quam inverſa tempeſtatum, atque temporum conſtitutio.

107. Non eſſe pares naturas corporum, temperamenta, habitudines, nec eadem aequis vicibus cauſſarum vires ſentire, & conſonum eſt, & HIPPOCR. praenunciavit: quare etiam alienatas temporum conſtitutiones, ſi longo tempore, alternis vicibus, diſpari gradu, intempeſtive regnaverint, neceſſe eſt nec eaſdem in omnibus, nec iiſdem temporibus pares mutationes efficiant: ergo etiam morbos neceſſe eſt aliis citius, aliis ſerius, pro ut labem ſenſerunt, tamquam novata vi conſtitutionis contingere.

108.

„ tagium Epidemicum, inquit, me judice, aptiſſime comparatur fructibus horaeis marceſcentibus: non enim pomum a pomo corrupto afficitur, niſi maturitate corruptioni diſpoſitum fuerit; neque pomi corruptio alia afficit, niſi eo corruptionis devenerit, ut aliis quoque illam communicare poſſit. Endemios vero morbos, rubigini, maximae ſegetum peſti, ut ait PLINIUS, aptiſſime quis comparet. Quum enim campos ubique ſpem copioſae meſſis praeſeferentes conſpexeris, poſtridie, veluti ſi maligni ſideris afflatu contacti eſſent . . . carbunculoſos, praeuſtoſque, tuo magno damno conſpicies.“ [*id. loc. cit.*]

108. Equidem ab diuturnis Auſtris relaxata per hyemem corpora, in putres febres vere novo, aut aeſtate, etiam levibus ex cauſſis incurrent: at interim obortus Aquilo, aut ſudum, ſi quibus forte nondum intus humores intumuerunt, nonne denſata repente corpora in ſeram aeſtatem, & ad arcturum ſervabit? Sic interpolatis tempeſtatum vicibus, ab una conſtitutione varii variis, pro re quiſque ſua, & variis temporum intervallis capiuntur. Sic pro conſtitutionis ratione morbi & ſubſidunt, & recrudeſcunt, & degeneri forma in Epidemicum vergunt; & tandem praevalente cauſſarum vi, in unum coaleſcunt.

109. Fereque eadem ratio eſt non recurrentium modo, ſed eorum quoque qui per aetates & ſexus, & conditiones hominum varias, viſi ſunt invaleſcere: quandoquidem, ut naturarum, etiam per aetates, & ſexus, aliae ad alias conſtitutiones bene aut male ſe habent; (*) & conſtitutionum quoque vices multimodis inter ſe temperantur: ſic potuit alias alia aut pueros, virgineſque, aut praegnantes, aut ſenes, aut valentes, aut deſides magis, caeteris intactis, afficere: (**) ea tamen perpetuum lege ſervata, ut nec ulla ſubito quemquam, aut univerſos, nec ex occulta coeli malignitate, ſed ſenſim e longinquo praeparatis corporibus, notam futurae labis injecerit.

110. Noviſſime illud quoque Epidemicis nonnumquam contingit, ut in contagioſos morbos erumpant: ut enim contagia in corporibus ſponte naſci probatum eſt;

(*) *HIPP. aph. S. 3.*
(**) *Vid. not. 26. & ſeq.*

eſt; (*) ſic multo magis per graviſſimas temporum conſtitutiones poſſunt humores, ſine ulla *latentis* vi, uſque adeo perverti, ut contagioſam deinde per morbos labem profundant. Quo paſſim decipi medicos facile fuit, ut erumpentem corporum vitio contagem, in ipſum aerem vulgo rejicerent. Sic potuit quandoque advecta aliunde contages, in epidemicam alicubi conſtitutionem incidiſſe: quo ritu nonnumquam peſtis, ſaepius variolarum convecta lues, ignaris rerum, opinionem *Latentis* mirifice confirmavit. (43) Fit autem coeca ple-

(*) *Num.* 60. 90. *&* *deinceps.*

(43) Coelum grave, aer humidus, tempeſtas impenſe calida & humida, ante omnia excitandis morbis maxime favent. Hinc teſte, poſt HIPPOCRATEM, HUXAMIO [*De morb. Epid. Conſt. ann.* 1739. *&* *alib.*] morbi maligni & peſtilentes jure expectantur, ſi magnum frigus ſubita regelatio, & auſtrini flatus ſunt conſequuti; ſi ver, atque aeſtas calida & humida, cum coelo ſquallido, durent; ſi magnae ſubito & ſaepe coeli mutationes contingunt; ſi calida imprimis conſtitutio quocumque anni tempore exorta, etiam per hyemes perſeverat. Jam quamvis hae cauſſae epidemicos communiter faciant; quamvis epidemica a contagioſis quam latiſſime diſtent; poteſt tamen caſu contingere, ut ab iiſdem cauſſis peſtilentes, & vere contagioſi naſcantur; nempe ſi eae offenderint corpora aliunde jam male habentia, & gravius diſpoſita: quo fit, ut poſſit contagium nonnumquam epidemice naſci, quod tamen deinde per contagem vulgatur. Valent autem haec de ſimpliciter peſtilentibus, & contagioſis his, quae contagio noſtrate & indigena fieri oſtendemus.

Fieri etiam poteſt ut adveniens aliunde contagium, peſtis, variolarum, &c., quae primigenia & exotica nominamus, incidat alicubi in conſtitutionem, aut in corpora maxime apta & morbo opportuna, ut favore horum citius, & vehementius proſerpat; favere enim contagiorum evolutioni diſpoſitionem corporum, & praeſentem aeris ſtatum, & indubium eſt, & SYDENHAMIUS etiam conſentit. Sed haec quum contingunt, dicuntur fieri per accidens, nempe ex fortuita conſpiratione cauſſarum; alias enim nulla aeris conſtitutio veram peſtem umquam produxit; nec contagioſi ullius materies ab

plerumque hominum incuria, ut contagia, quae adhibita diſciplina, potuiſſent cito reſtingui, obtentu epidemici impune evagentur, & multiplicata ſtrage excandeſcant.

114. Fore autem ei bene ſperandum eſt, qui hunc aerem qno ſuſtentamur, liberatum lethalitatis infamia, ſimul excuſſo metu *Latentis*, ſpirabilem, innocuum mortalibus reſtituerit: ſimul revelata contagiorum natura, deminutis vitae periculis, aucta ſecuritate, praeſtantiſſimam medicinae partem novis auctibus cumularit.

§. VI.

aere umquam venit. Factum eſt autem hac de cauſſa, [praetervisa nempe hac contagiorum ratione] ut peſtis, & peſtilentium cognitio, & difficilis omnibus habita ſit, & ſagaces etiam Medicos nonnumquam deceperit: quo minus mirari decet in Maſſilienſi peſte (ann. 1720.) ceſpitaſſe Medicorum judicia; aut quondam in Veneta (1576.) longe clariſſimos aetatis ejus MERCURIALEM & CAPIVACCIUM graviter lapſos; quod ſententiam rogati, decepti ſpecie epidemici, peſtem ingruentem, oblata publice ſecuritate, metuendam negarint.

Omnino illud perpetuo diſcrepat inter hos; quod Epidemici abſque conſtitutione eſſe non poſſunt; Peſtilentes quidem, nempe indigenae, & ſponte, & a conſtitutione aut naſcuntur nonnumquam, aut juvantur; propagari ſine contagio, nempe epidemice, nullo modo poſſunt. [*Vid. Not.* 60 *ad N.* 115.]

§. VI.

De Contagiis in univerſum.

112. QUum eſſe certa pluribus morbis contagia perſpicuum ſit, tum ne illud quidem mirari maxime oportet, veteres medicos, HIPPOCRATEM in primis, atque GALENUM iis aeſtimandis omnino jejunos fuiſſe. Porro vidiſſe ea HIPPOCRATEM, quoniam & ARISTOTELES vidit, (*) veri admodum ſimile eſt; ſed quemadmodum de pulſu Venarum, ſic de his etiam, vim quidem eorum, effectumque, ut eſſent, noverunt; rationem cauſſae ut haberent, ne conjectura quidem ſunt aſſequuti.

113. Nec facile contagiorum rationem comprehendi potuiſſe a veteribus putandum eſt; qui febres utique & maligna exanthemata, (44) & peſtem; Variolas autem in primis, luculentiſſimum contagiorum, & morbillos numquam vidiſſent. Qui enim coaevas primoribus ſaeculorum medicis Variolas, Morbillos, Celticum, (etiam recentibus libris,) ſupervacua loquacitate contendunt, hi porro gnaris rerum, & ſapientibus inficeti, ac pene deridiculi videantur. (45)

104.

(*) *Vide retro Not.* 29.

(44) Febres exanthematicas fuiſſe notas veteribus Medicis, adverſus FRACASTORII ſententiam [*De Morb. Contag. lib.* 2. *c.* 6.] praeter multa HIPPOCR. & GAL. loca, teſtatur etiam inſignis horum ab HERODOTO delineata deſcriptio *Ap. Aet. Tetrab* 2. *ſerm.* 1. *c.* 129. *ed. Steph. p.* 224. Videndus autem ſuper his, inter alios *GRUNERUS Morbor. antiquit. ſect.* 2. *p.* 110.

(45) Scimus hanc, de antiquitate morborum horum, ſen-

114. Quapropter ab exortis Variolis, fereque ab revocatis literis, & ſcientiarum diſputationibus, auſpi- ca-

tentiam, etiam doctis aliquando Medicis, atque etiam pluribus placuiſſe; ſed indicamus hoc loco nuperrimos quoſdam ultra montes, qui hanc jam pene obſoletam opinionem, non modo nullis novis, ſed fere nullis omnino argumentis, inſtaurare conati ſunt. Variolas porro ignotas veteribus, contra FERNELIUM, PRIMEROSIUM, FRACASTORIUM, FABIUM PAULLINUM, MEYBOMIUM, HAHNIUM, TRILLERUM, MERCURIALIS imprimis, MEADIUS, CLERICUS, FREINDIUS, WERLHOFIUS, abunde oſtenderunt; Celticum Americanis deberi uſque adeo certum eſt, ut, ne dicam ASTRUCIUM, PAWIUM [*Recherch. ſur les Ameriq.*], ROBERTSON poſt omnes, eorum quoque a ſe falſitatem demonſtrari poſſe teſtetur, quae SANCHEZ nuper in hanc rem, magno molimine argumentorum propoſuit [*Vid. Hiſt. de l' Ameriq. T. II. lib.* 4] Rurſum autem Variolas quod ſpectat, eorum quidem origines alibi fuſius [*Not.* 85.] perſequemur; Nolumus autem praetermittere hoc loco efficaciſſimum, ut videtur, adverſus earumdem antiquitatem, argumentum, perſpicua ORI APOLLINIS authoritate, quod a PAWIO acute annotatum, non oportuerat reliquis, quod ſciam, qui de his ſcripſerunt, omnino ignotum fuiſſe. = Purum Columba animal eſſe videtur; ſiquidem quum aeris conſtitutio peſtilens eſt, omniaque tam animata, quam inanimata, eâ afficiuntur, quotquot hoc veſcuntur animali, ſoli ab hac lue immunes ſervantur. Ideoque eo tempore Aegyptiorum Regi in cibo ſumendo, nihil aliud praeter Columbas apponitur; idemque iis, qui, quod Diis miniſtrent, puri, caſtique permanent. (*HIEROGLIF. l.* 1. *c.* 56.) " Ut omnino certum perſpicuumque ſit, columbarum genus, iis ſaeculorum aetatibus, ab omni contagiorum ſuſpicione immune & tutum fuiſſe; quod & poſteriorum VARRONIS, & COLUMELLAE ſilentio potiſſimum confirmatur. Quum autem familiare & notum omnibus ſit, Columbas, [& Phaſianos etiam, ut ſaepe vidimus] contagioſis tuberculis, nempe Variolis, aut morbo Variolarum quam ſimillimo, paſſim vexari, nonne egregie perſpicuum eſt, non niſi poſt illa tempora, atque etiam poſt romana, invaſiſſe hunc tandem morbum in columbas, (propagato, ut credere eſt, ab hominibus contagio) quae puriſſimae antiquitus, apud gentem ſuperſtitioſae munditiei, haberentur, & eſſent?

cari neceſſe eſt hanc omnem contagiorum notitiam; aut momenta rationum, in quibus univerſa hactenus ſuper his medicorum doctrina verſatur.

115. Atque ea quidem quae ſunt primitus a FRACASTORIO, FERNELIO, MERCURIALI, BALLONIO, tum crebris deinde multorum voluminibus diſputata, non attingemus; ſapiunt enim pleraque ſubtilitatem magis, quam ſcientiam. Debemus multa MEADIO, SYDENHAMIO, LANCISIO, qui quamquam vim epidemicam evertere non ſunt auſi, rationem tamen contagiorum habendam eſſe in his omnibus, demonſtrare conati ſunt: Ut mirum videri poſſit doctiſſimum BOERHAAVIUM, ne poſt hos quidem, irrumpere in has naturae latebras potuiſſe: quin immo, nec ulla in parte, quam in hac, jejuniorem fuiſſe, & ceſpitare etiam in epidemico nonnumquam videri.

116. Protinus ergo contagium id eſſe conſtat, quod attactu corporum, ab aegro in ſanum traducitur; ſic ut mole inconſpicua, vi incomprehenſibili, ſui generis morbos, peſtilentes, aut peſtem producat. Ut toto genere diſtare appareat haec iſta inter ſe, quae HIPPOCRATES uno ab aere derivavit; alterum nempe ab manifeſto vitio, alterum ab excretione morboſa, quam peſtis cauſſam propoſuit. (46) Expedit autem ante omnia

(46) Contagium, contagio, contages, ſynonima omnino ſunt, & promiſcue uſurpantur; eorum autem ſignificatio paullo latius patet; ſumitur enim aeque promiſcue pro attactu ipſo corporum, quo miaſma ab uno in aliud transfunditur; ſumitur item pro miaſmate, ſeu materia ipſa morbi futuri: ſumitur tandem pro morbo, qui fit a communicato contagio. Poteſt autem id ipſum etiam MERCURIALIS authoritate firmari. = Invenio, inquit, ab hominibus nomen contagii

nia contagiorum inter ſe invicem conſtituta ratione, originem deinde eorum, repetita paullo altius indagine perveſtigare.

117. Generatim epidemicum quodcumque eſt, aut vocatur, id benignum cenſeri vulgo apud medicos, aut malignum conſuevit. Fereque epidemicum aliquod per benignas nonnumquam tuſſes, aut febres, miteſque aut lippitudines, aut alvi fluxus deſaevit. Malignum vero eſſe poteſt ſimplex, contagioſum, atque peſtilens: utcumque eſt, mite eſſe id ipſum poteſt, & ad ſpeciem leve; tutum eſſe & innocuum omnino non poteſt.

118. Id nempe malignum eſt, quod inſidioſa lenitate decipiens, occultam vitae labem minatur: cujus latens cauſſa, & aſſuetis potentior, ſymptomata facit nec morbo, nec inter ſe cohaerentia: proin nec facilem judicationem, nec tutam ſanitatem promittit. (47)

119. Eſt autem occultum id, in quo malignitas eſt, multiforme origine, natura, viribus, ſede. Miaſma nominant, aut ſeminium; idque aut nativum, quale malignis ulceribus, cancro; aut ſuſceptum, idque ſingulari poteſtate venenatum, putridum, acre: ſimul aut evanidum, aut contagioſum. Evanidum porro, quod

„ tribus attribui.... Tribuitur primum ipſi morbo contagio-„ ſo; tribuitur etiam qualitati ipſi venenatae; tribuitur & „ ipſi communicationi morbi contagioſi." (*De Peſtil. cap.* 12.) Quae eadem eſt FRACAST. & caeterorum deinde doctrina.

(47) „ Si virulentum aliquid uſque adeo retinetur in cor-„ pore, ut vitales functiones afficiat, inducatque ſymptomata „ ſingularia, proximam corporis deſtructionem minantia; quae „ nec cedant iiſdem remediis, quibus eadem in aliis morbis „ ſymptomata vinci ſolent, id malignum vocatur. (*GRANT. des Fievr. Introd. T.* 3.

imbecillior, aut facile difflabilis ſeminii vis fecerit: quales a corrupto aut aere, aut cibo, a venenis item, aut venenatis quibuſdam, periculoſi, ſolitarii tamen, & ſporadici morbi conſiſtunt, nulli, praeter affectum hominem, graves. (48)

120. Sed contagioſum eſſe conſtat vel lentum, craſſum, & reſiſtens, vel contra leve, volatile, mobiliſſimum: alterum quod attrectatu commixtioneque corporum ab aegro in ſanum traducitur; ut quondam Elephas, nunc ſcabies, Celticum virus: alterum quod manantibus in aera corpuſculis, per aperta corporis ſpiramenta combibitur; quale a morbillis, variolis, exanthematicis ſaepe febribus, emanat late contagium. Utrumque naturae & fomitis diu tenax; utrumque admixtione ſubſtantiae corporibus nocens: repudiata nempe quae veteribus tertia placuit, contagiorum in diſtans actione. (*)

121. Qualécumque autem contagium eſt, ſi cito & securiter ſaevit, ſi graſſatur in plurimos, ſi affectos maximam partem trucidat, id eſſe peſtilens convenit. Id ipſum ſi majus naturae viribus, & artis opibus ſfertur, ſi cum maxima febri in bubones ſubito, & quos vocant Anthracas, erupit, ſummum malorum, & tamquam coelo demiſſa labes, Peſtis vocatur. (49)

122.

(48) Id primum cenſeri poteſt, fereque maximum inter venena, & contages diſcrimen, quod nempe venena, etiam quae ſunt ex animali progenie, nec propagari in ſe ipſis, nec in alios contagionem poſſint traducere. Unde autem illud ſit indicabitur Not. .....

(*) *Vid. Fracaſt.* In reliquis §. ultimum circa finem.

(49) Quae Graecis λειμος latine peſtis, accuratius etiam peſtilenta, & peſtilitas nominatur: peſtis enim vocabulum lati-

122. Quemadmodum vero eſſe epidemicum non malignum, & malignum non contagioſum; ſic contagio-

E 2 ſum

nis tam late patet, ut nullam non perniciem, aut calamitatem comprehendat.

Ipſam autem peſtilitatem video paſſim ab authoribus facilius deſcribi, quam definiri; ut qui fateantur maximam partem, deſignari eam, tamquam teterrimum mali genus, facile poſſe, definiri ad normam artis, & rationis non poſſe. Neque ii definiviſſe dicendi ſunt, qui peſtem *morbum communiſſimum*, [HIPP.] qui *epidemiam pernicioſiſſimam*, [GAL.] qui *intemperiem univerſalem toto genere malignam, contagioſiſſimam*, [CASTELL. Lex] qui *morbum epidemicum contagioſum pernicioſiſſimum*, [GORR Defin. Med.] nec tandem qui eſſe, non morbum, ſed exquiſitam quamdam morborum eſſentiam a *veneno putredinali*, *eroſivo*, *ardente*, *uſtivo*, *favilloſo*, *ſcintilloſo*, *vibroſo*, *arſenio*, *feriniſſimo*, *colliquativo &c.* [VALER. Martin. de Ven. peſt]: quum videam doctos Medicos VILLISIUM, RIVERIUM, DIEMERBROEK., atque ipſum inter recentes HAENIUM, facilem alias, & expeditum, deſcriptionibus uſos, a definitione penitus abſtinuiſſe. Quibus ne plus velle ſapere videamur, eo erimus contenti, quod communi omnium authoritate receptum ſit, peſtem, ut morborum omnium atrociſſimum, ſaeviſſimumque; ſic haberi in ſuo illo genere ſingularem, adeoque ab ipſis etiam peſtilentibus ~~late~~ diſtinctum. In quo GORRAEUM videas jure reprehendi, qui [Defin. Med.] non aliud eſſe febrim peſtilentem voluerit, quam ipſam peſtilentiam. Sed multo etiam magis SAUVAGESIUM, qui quum diſtinguendos putaret, peſtilentes tamen nec definivit, nec ullis notis a peſte ſatis diſtinxit. [Morb Claſſ 3. Ord. 1. gen. 1.] Differentiam autem peſtis a peſtilentibus ab eſſentia deductam, ne Veteres quidem dederunt: qui nempe maxime communes, & aliquo tempore frequentiſſimos morbos, epidemica nominaverunt; atque inter haec quidem eos, in quibus plures tamen evaderent quam perirent, populares, fereque, ut nos, peſtilentes; ex quibus vero perirent plurimi, paucis omnino ſervatis, eos proprie peſtes dixerunt. = Peſtilentia, inquit GAL., eſt morbus qui „ in omnes, aut plurimos graſſatur, ab aeris corruptione pro„ veniens: quo fit ut quamplurimi intereant „ Peſtilentia „ (idem) eſt verſura aeris, qua de re nec ordinem ſervent „ anni tempora, ſimulque plures ab eodem morbo intereant." (*Definit. Med. inter Iſag.*): quas definitiones quum poſuit, aut magnorum Epidemiorum cauſſam indicavit, aut certe peſtis

ſum quoque, nec malignum, nec peſtilens, haberi poteſt. Omne autem peſtilens contagioſum eſt, & poteſt praeterea vel materiae culpa, vel hominum, etiam epidemice pervulgari. (*) Verſamur autem in his omnino quae in peſtilentes morbos, & peſtes, atque in maligna paſſim exanthemata, cum acutis, & peſſimis febribus exardeſcunt.

123. Animadvertere etiam licet poſt haec, quo maxime acuta (n. ſup.) contagia ab epidemicis diſtingui poſſint, contagiorum quotquot ſunt genera, ut ut caetera diſparia ſint, in his potiſſimum conſentire, ut certo concreta corpore, & maxime perſtanti conſtent natura: nec eadem tenuitate magis, quam viribus praeſtant; proin latenter inſidioſeque proſerpunt; neque tam facile evolando in corpora aſpirant, quam iiſdem, ubi adhaeſerunt, vehementer cohaerent: dein quod nec facile coctionem, nec ſaepe ſanitatem, raro communem medicinam recipiant: quod multos paſſim prehendant, plures perimant, quam dimittant.

124. Rurſum etiam contagiis omnibus communia quaedam ſunt, quaedam ſingulis propria. Commune eſt, ut apto recepta fomite, integris diu viribus, & immutata

naturam, atque cauſſam omnino non attigit. Videtur autem poſſe eadem tamen aliquatenus circumfiniri; ut ſit febris omnium acutiſſima cum bubone, aut anthrace, ab exotico exquiſitae poteſtatis contagio: ut contineri eam quibuſdam ſaltem terminis poſſe arbitremur. (*Vid.* §. *XI.*)

(*) Nempe ut multos ſimul prehendat: quod praedictum eſt fieri vel ſumma mobilitate contagis, vel negligentia hominum in evitandis, praecavendiſque infectorum commerciis: vel, quod fere potiſſimum eſt, vi ipſa epidemicae conſtitutionis, quae idem contagium in multis ſimul corporibus excitavit, De quo vid. retro *Num.* 110. & *Not.* 43.

tata perſiſtant; ut, niſi diſpoſitis, nihil noceant; ut quum moveri intus coeperint, corpus inſigniter, & ſubito mutent; ut vires vitae quam maxime afficiant.

125. Proprium privumque eſt ſingulorum, ut propriis ſibi quaeque viis ſe in corpus proripiant; ut ſuo quaeque ritu, & determinatis legibus ſaeviant. Sunt quae, ſi affectum corpus dimiſerint, id deinceps praeſtare dicuntur immune. (50) Noviſſime pro vario corporum ſtatu eadem citius, eadem ſerius moveri intus, atque agere incipiunt: nonnumquam etiam diutiſſime ſilent, donec oblata occaſione, vel auctis viribus, vel permota natura excitentur.

126. Ab epidemicis autem, quamquam toto genere, & vi, & magnitudine plurimum diſtant; (*) tamen in eo quoque cum iiſdem conſentiunt, ut praepotentem cceli, & temporum alicubi poteſtatem videantur ſentire: quod in Variolis etiam apud nos ſaepe, in exquiſitis orientalium (51) peſtibus perpetuo obſervari teſtan-

 tur.

(50) THUCID. de peſt. Athen. tum plures deinceps; inter modernos autem Adam. CHENOT gravis auctor, qui tamen in peſte Tranſilvanica (ann. 1755. 57.) fatetur de famulo ſuo, qui ter peſte correptus, evaſit. (*Tract. de Peſt.*) Sed non oportet praetermittere EVAGRII teſtimonium, qui in Bizantina illa, fere omnium ſaeviſſima peſte, quae duobus & quinquaginta annis, univerſum pene orbem depopulata eſt, teſtatur nonnullos, qui vel ſecundo evaſiſſent a morbo, tertio tandem correptos, occubuiſſe (*Hiſtor. Ecleſiaſt. lib.* 4. *c.* 28.)

(*) Quomodo contagioſi morbi ab epidemicis maxime differant vid. *Num.* 102. *& ſeq.*

(51) Peſtem in Aegypto, Syria, & finitimis regnare tradunt ab aequinoctio autumnali ad aeſtivum ſolſtitium: praeſertim vero Alepi, & Cairi, aeſtate ſumma, & poſt illud ſolſtitium numquam non evaneſcere. Quae obſervatio, ſi certa eſt & perpetua, potuit conferre plurimum ad confirmandam tempeſtatum, atque aeris in peſtes dominationem. Sed conſti-

tur. Quo enim potentior alicubi habetur vis tempeſtatum atque coeli, eo facilius quoque mutari habitudines corporum, adverſus graviſſimas morborum cauſſas oportet, ut ipſorum etiam contagiorum poteſtati minus, aut validius reſiſtant. Sed variare per quaſque conſtiturines ſymptomatum vices, & curationum rationes, epidemicis id multo magis convenit, quam contagioſis.

127. Porro illud vel maxime proprium eſt contagiorum, quae magna dicuntur, ut invicta conſtent natura, nec ullis vitae, & viſcerum viribus, aut artis praeſidis plerumque vincantur; ex quo apparet eadem ſingulari penitus temperatione materiae coaluiſſe: tum eſſe horum in natura certas origines, quae nec caſu conſiſtant, nec fortuitis elementorum concurſibus debeantur. (*)

§. VII.

tuta ſuis locis contagiorum natura, patebit deinceps quae, & unde poſſit haberi ejus phaenomeni ratio. Nempe poſt aeſtivum ſolſtitium apparet in iis regionibus coelum incredibili ſerenitate perſpicuum, fitque aer puriſſimus, tenuiſſimus, & maxime penetrabilis, accedente etiam vi ſummi caloris, praepollens. Ea autem vi vividi puriſſimique aeris non ſolum intus in corpore tenuari omnia, & perpurgari neceſſe eſt, ſed extus quoque haerentia alicubi contagiorum miaſmata, debilitari, & extingui. (*Vid. Num.* 133.)

(*) *Vid.* §. *ult.*

§. VII.

De iiſdem ſpecifice.

Num in aere gignantur & perſtent.

128. Solemne eſt in omni perſcrutatione naturae, illud in primis grave, & veſtigatione dignum cenſeri, quae cuique rei ſit ratio cauſſarum, & poteſtatis origo: quae quum in omnibus incerta ſunt, tum in his perobſcura atque ardua, quae ſenſus fugiunt, & ſunt a ſapientibus diu multumque incaſſum quaeſita. Quare in re difficillima nec authoritati cujuſquam demenus quicquam, nec opinioni adjiciemus: ſed quae potiora ſunt rerum argumenta afferentes, non ante quid, aut qualia contagia ſint, conjectatione indicabimus, quam qualia, & unde non eſſe eadem, poſſe videri conſtituamus.

129. Nempe verſantur cuncta in ancipiti, quae de contagiorum natura, atque origine prolata ſunt a ſcriptoribus: quum enim utrumque genus aeque per conſtitutiones regnare poſuerint, communem omnium cauſſam in aere, in cibo atque victu, in multigena aquarum, & telluris expiratione collocaverunt; ut ex his ipſis multiformiter computreſcentibus, coaleſcere & iſta contagiorum miaſmata, maximam partem crediderint.

130. Jam talia non poſſe in aere progigni, eos facile intellecturos putamus, qui ne epidemicum illud quidem, incomprehenſibile, *Latens* [§. III.] ſimiliter generari crediderint. Quapropter ſi jure epidemiorum

Latentia ab aere & coelo depulimus, illud etiam validius convinci poſſe manifeſtiſſimis teſtimoniis rerum opinamur; contagia eadem in aere, qualicumque concreta corpore, non modo progigni, ſed ne verſari quidem poſſe, aut conſiſtere impune.

131. Primum enim, undecumque ea ſunt, nondum dicam majore aeris, an aquae amore, quam affinitatem vocare ſolent, aut cupiditate capiantur: haereſcere enim multis & diutiſſime viſa ſunt, quin aſſiduo aeris illapſu divellerentur. Quae ſi divelli tamen, & converti in auras contigerit, deliqueſcere ea penitus admixtione recentis aeris, & extingui ſubito oportet: quandoquidem certiſſimo populorum, & probato etiam legibus experimento firmatum eſt, teterrimas peſtilitatum contages nullo modo diſcuti citius; quam aeris perflatione; perflatione enim, luſtrationeque iterata, ſuſpectae merces, & peſtifera cuncta expurgantur tutiſſime.

132. Utique nebuloſo aeri, craſſo, atque inerti adhaerere eadem facile compertum eſt: itemque aerem interceptum locis anguſtis, peſtiferis horum expirationibus onerari. Sed vincit hoc ipſum quanta ſit vividi aeris in has venenorum labes poteſtas; ſiquidem carceres, interiora navium, conclavia, coacervatis intus, & diu ſtagnantibus contagiorum miaſmatis venenata, perflatione recentis aeris, citius, quam ulla artis diſciplina ſaneſcunt: tum in convallibus pigreſcens coenoſi & venenati ſpiritus vapor, flatu ventorum, tonitru, flamma, diſcutitur, & diſſipatum reſtinguitur. Hinc graves Aegypto peſtes, circa aeſtivum ſolſtitium, non tam aeſtu coeli, quam ſudi, puriſſimique aeris evibratione

ex-

extinguuntur. Ut appareat *ſublime hoc candens, quod invocant omnes Jovem*, [*Henn.*] perflabilem hunc, ſpirabilem, & vivificum coeli ſpiritum, quem aerem paſſim & atmoſpheram vocamus, non gignundis, continendiſque, ſed reſtinguendis, quae a terrenis ſurſum expirant, peſtilitatibus, datum eſſe; atque eo potiſſimum contabeſcentes naturae vires, mirifice recreari, & viviſcere in dies.

133. Quo loco etiam illud patere opinamur, & conſciri oportere; contagia variis affinitatum gradibus, prout caetera quaeque, diſtingui. Eſſe primam, fereque potiſſimam, hinc cum aere, illinc cum animali ſubſtantia, propinquitatem; cum qua naturali quadam cognatione naturae, quam arctiſſime copulantur: (*) alteram eſſe cum aqua; forte quod humenti vapore cum multo aeris ſpiritu, & animali materie coagmentata conſiſtant: dein cum caeteris, quae exſucco corpore, & rara fibrarum conſtant compage, ſcabris, ſulphureis, pinguefcentibus, & quae levi ſunt corporum textu. Quapropter laneis, goſſipinis, ſericeis, coriaceis, tum ligneis etiam, atque terreis, tenacius, & diutiſſime adhaerent. Sed ita tamen iſtis adhaerent, ut cum aqua ferme cohaereant: ab animali autem ſubſtantia ſic combibuntur, ut penitus coaleſcant in unum; tandemque ab aere, (ſi hanc etiam affinitatem vocari decet) uſque adeo attrahuntur, ut viſceratim compenetrata, exſolutis nexibus, in prima redeant elementorum primordia. (52)

134.

(*) *Vid.* §. *IX.*

(52) Contagia in aere humido ſuperſunt, & aeri innatant; forte enim interjecto humoris vapore, non poſſunt ab

134. Ineſſe autem hanc aeri vivificam coeli vim, delentem cuncta venenorum, quae ſunt cumque miaſmata, illud demonſtrat in primis, quod expirantibus aſſidue multis, quae mari, terra, ex aſſidua corporum exſolutione, & interitu, & venenatis alicubi locorum emanationibus in auras jugiter evehuntur, vivifica tamen aeris & coeli vis, ullibi nondum defecit, perſtatque alendis animantibus, mater eadem, atque nutrix.

135. Nonne antra quae dicuntur charonia, opaca nemora, lethiferae ſpecus, cryptae, mephites, peſtiferos halitus perenni fluxu expirantia, vivificum hunc vitae ſpiritum, ni arcana quaedam vis naturae reſiſteret, corrupiſſent? Quin & acervatim erumpentia, magna vi, ingenti mole, & tamquam recenti ſpiritu evecta in altum contagia, admixtione vigentis aeris extenuata, momento evaneſcunt. Saepe enim patefactis computreſcentium cadaverum foveis, erumpens vapor, quos circumfudit, fulguris inſtar extinxit, nec tamen late defluxit in proximos, nec circum aera contaminavit; ſed jugi fluxu proreptus in altum, omniparae ſe gremio matris infudit, & exſoletam uſu multiplici, revicturis deinde corporibus elementorum materiem retribuit. (53)

136.

aere intimius ſorberi. Quae una ratio eſt ut credamus, ſi forte aliquando, contagia per aerem, ſi nimis multa & vivida ſint, abſque immediato contactu poſſe in corpora permeare. Sic utique certum eſt craſſos coenoſi aeris vapores, in pulmones cum ſpiritu derivari: ſed durare eadem diu in aere, aut ad diſſita loca deferri per ipſum aerem, omnino repugnat; conſentiente cum pluribus etiam MEADIO, cujus perſpicua ſuper his, & indubia ſententia eſt. (*De Peſt p* 1. *c.* 2.)

(53) Etiam a contagio peſtis notum eſt ſubitas nonnumquam mortes contingere; relatumque eſt Byzantii, & in Aegy-

136. Nec foeda cloacarum ſpiracula obſcaena ſorde, nec coemeteria patulo hiatu, peſtiferos halitus emittentia, ullam aeri, niſi e directo noxam attulerunt; ni forte, ſi humenti circum caligine, & deſidia ventorum tardatus aer, ſimul contagis vapore multo oneratus, exantlare ingruentium, prae multitudine, inquinamenta non potuit.

137. Ergo coacervata in aere ingenti mole contagia, aliquanto vires ſervare, & labem ſpargere in proximos; maxime ſi inerti in aere, multa nimis, aut aquei vaporis tamqúam libramento ſuffulta, per athmoſpheram feruntur: ſed libero aeri, ſudo, perflato commiſſa eadem, cito interire, & extingui perſpicuum eſt: quorum, alterum authoritas, alterum exempla rerum abunde multa confirmant. (54)

138. Quapropter videant hi quoque, qui de cadaveribus urbe exturbandis, tanta animorum, & partium alicubi concitatione diſputaverunt, ne ſupervacuam in his impendiſſe operam videantur. Equidem de ſalute publica, deque ipſis religionibus perquam optime meruerunt: nequam enim eſt extabeſcentes defunctorum

exu-

pto ſaepe bajulos, & id genus valentes homines, medio in opere, tamquam de coelo tactos, exanimatos concidere. Sed diſcrepat tamen vehementer inter hos, atque eos, qui coeleſti fulguris, aut mephitico afflatu extinguuntur. Hi enim vere ſubito, & incomprehenſibili modo opprimuntur; peſtiferi autem, quamquam repente, tamen non ante, quam concepto intus contagio, combuſtis tamquam vitae inſtrumentis, & corruptis viſceribus, occulta penitus, exitiali tamen labe extabuerint.

(54) *Non ſi corrompe l'aria ſe non per molti cadaveri putrefatti* [ſi ſimul magno numero, & anguſtis locorum ſpatiis marceſcant]. *L' evaporazione putrida di un ſolo, o di pochi corpi, e per poco tempo ..... ſi combina ſubito coll' aria, vi ſi perde, e non è più nociva.* [*HAWES Avv. al pubb. &c. Opuſc. di Mil. T. II. p. 2. 1779.*]

exuvias inferre perniciem viventibus: abſurdum deinde eſt, religionis obtentu, foedari ſacra coeleſtium, litari in templis poedore cadaverum magis, quam thure; & majeſtatem deorum, computreſcentium vapore, atque ſitu contaminari. Verumtamen temperamento quoque opus eſt, & quaeſita conſilio rationis, non opinione, dubiis in rebus, ſalutis publicae modos providentia diſpenſat. Nec vero, ut res ſunt temporum horum, tanti putare convenit extructa in propatulo ſepulchreta, quum minore admodum impendio conſtare civium ſecuritas poſſit, intacto jure, aut ſuperſtitione ſepulchri: ſiquidem ab ipſis tumulorum caveis, juxta parietes emiſſis in altum tubulis, evibrari extumeſcentem intus vaporem facile eſt; tum horum diſcretis hic illic faucibus, ſine periculo efflari perniciem.

139. Caeterum nulla diu contages perſtat in aere. Nec vero putare quemquam neceſſe eſt, convectas nonnumquam e longinquo peſtes, ventis perflantibus advenuiſſe, aut ſine contagibus extitiſſe. Nec quae a terreſtribus, a putrefactis, ab infernis etiam terrae meatibus eruperunt, ſparſiſſe hac illac peſtilitates credendum eſt. Nec quae multa hiſtoriarum ſunt prodita monumentis, aereo magis contagio, quam occulto epidemico valuiſſe. (55)

140.

(55) Non credam facile eam peſtem, quae Babylone uſque ad Parthos, ingenti excidio manavit, erupiſſe ex aurea mirae vetuſtatis arca, in Apollinis templo reperta, quod aetate M. Pomp. accidiſſe relatum eſt. Nec quae Italiam, Europamque univerſam pene vaſtavit, aetate Marci Anton. Imp., direpto Seleuciae Apollinis item templo, ex anguſto foramine in milites expiraſſe, ut AMMIAN. MARCELL. teſtatur. Nempe utraque recepto Seleuciae, & Babylone contagio, in im-

140. Quod enim M. VARRO obſeratis ad Auſtrum feneſtris, Corcyram, EMPEDOCLES alter obſtructis itidem montium faucibus, Agragantinos a peſte ſervarit; alter graſſantem jam in Selinuntinos, ſalubrium amnium aquis in corruptum flumen immiſſis, averterit: talia contra epidemicum nemo credat; ſed repellendis, aut extinguendis contagiis plurimum valuiſſe. (56) Caſtrenſium autem & obſidionalium contagionum, uſque adeo manifeſta certaque ſunt experimenta, phaenomena, hiſtoriae, ut unde ea ſint, ne ullus quidem dubitationi locus ſuperſit.

141. Noviſſime HIPPOCRATIS quoque memoria dignum experimentum eſt, qui ACRONIS Agrigentini, aut JACHENIS Aegyptii exempla imitatus, furentem tota Graecia peſtilitatem, accenſis paſſim per compita, per domos, & undique crebris ignibus, profligavit. (57)

142.

paratos vehementer excanduit; ſed quaeſita deinceps origo mali, quum reperiri non poſſet, admiratione vulgi, & oſcitantia Scriptorum, ab templorum adytis eſt repetita. Caeterae peſtes cum commerciis utique, non ventis advectae umquam venerunt.

(56) Sin mavis ventorum, & aeris a corruptis aquis vitiati, qualitatibus emendandis, quae putridos malignoſque morbos, non epidemice tantum, ſed etiam endemice in iis regionibus ſpargerent. Atque eo ſenſu interpretari etiam decet perplura hiſtoriae veteris teſtimonia: fere enim perſpicuum eſt, quae afferuntur a romanarum rerum ſcriptoribus, tam frequentia peſtilitatis exempla, maximam partem ad epidemicas conſtitutiones ſpectare, maximeque ad eas morborum claſſes, quae vitio aeris, aquarum, locorum, rudi adhuc populo, moribus & urbe nondum expolita, frequenter invaleſcebant; quaeque auguſteo jam ſaeculo quam rariſſimae evaſerant. Caeterum quae hoc Num. afferuntur Scriptor. authoritates, habent idoneos teſtes, de JACHEN. SUIDAM, CATONEM ipſum de ſe ipſo, de EMPED. LAERT. &c.

(57) „ Acro Medicus, Athenis, tempore magnae peſtis,

142. Quo experimento, utcumque recentibus non ſemper reſpondiſſe proditum ſit, quoties reſpondit, illud evincas, ſuccenſis ignibus, iiſque & crebris, & diu, circumfuſum aerem in proximo a contagiis poſſe expurgari; univerſam atmoſpheram omnino non poſſe. Ut volitantem humo tenus, ac pene etiam ſtagnantem regnare contagiorum materiem omnino credere neceſſe ſit: nec facile in auras attolli; ſed propius humo ſimul denſiorem, validioremque haberi; evectam altius rareſcere, & admixtione aeris extenuatam debilitari; concitatione autem ventorum, aut vi evibrati purique aeris, facile diſſipatam, & exſolutam evaneſcere.

143. Quo redeunt tandem illa peſtilitatum pro locorum altitudine, perque varias tempeſtatum, ventorum, frigoris, & caloris viciſſitudines maximam partem phaenomena, nullis epidemiorum rationibus explicanda. Tum quae de obſidionibus, deque exercitibus pro-

„ gloriam ſibi paravit, jubendo ignem *pone aegrotantes* accen„ di. " [*PLUTARCH. de Iſid. & Oſirid.*, *tum & AET.* *Tetrab.* 1. *l.* 1. *c.* 94.] = Factum vero id [Acronis] videtur „ imitatus HIPPOCR., de quo notiſſimum eſt, ut per Grae„ ciam univerſam peſte vexatam, crebros juſſerit ignes accen„ di, eoque a peſtilentia liberarit. " [*VOSS. de Philoſ. c* 11. §. 16.] Quae loca ideo excitavimus, ut appareat ACRONEM & HIPPOCR. non expurgandae, praeſervandaeque a peſte athmoſpherae, ſed peſte jam facta, *tempore* ipſo *peſtis*, & *pone aegrotantes*, nempe extinguendis expirantibus in aerem contagiis, crebros ignes feciſſe. Deducto certe ab Aegyptiis more, apud quos vetus conſuetudo fuerat, ut aerem quotidie crebris ſuffitibus ex reſina, & mirrha adolerent: quin etiam ad eumdem attenuandum, *flammas ingentes accenderent*; eaſque ex odoratis lignis, *qualia ſunt cypariſſi*, *juniperi*, *& piceae*, quae *rectius attenuant* . . . . „ Reſolvit enim calor, & diſſipat id, quod „ concretum in aere, & turbulentum, & limoſum eſt &c. " [*PLUTARCH. loc. cit.*]

probata ſunt, utique ab his, contaminato circum aere, vulgari morbos in peſtiferum morem, contagio tamen primitus ex putrore atque ſitu, in ipſis intus corporibus excitato.

144. Omnino contagia nulla re, nulla vi magis, & citius, & vehementius, quam vividi purique aeris admixtione, coalitu, evibratione, extinguuntur. Ut magis atque magis neceſſe ſit eſſe iis gignundis, excitandiſque, perſtantes origines, & certa proprietatum primordia.

§. VIII.

§. VIII.

De Contagiis.

Num eadem a Terrenis in corpora aſpirent?

145. QUum eſſe certa in natura contagiorum phaenomena, & poteſtates appareat, quae nec ab aere progigni poſſint, nec in ipſo diu multumque conſiſtere; reliquum eſt conſtare eadem ex nativis telluris, aquarum, aut in his degentium, expirationibus; aut conflari arcana coalitione expirantium ex his ipſis vaporum atque miaſmatum, aut ſpontanea motuum illorum machinatione, qua multiformes naturae ſpiritus, effervefcentia, fermentatione, putredine, miris inter ſe modis copulata, mirifice coaleſcunt.

146. Fere autem GALENUS primus inter veteres, de multigena principiorum, humorum, corporum, putredine in morbis peſtiferis cogitaverat; quam poſtquam ALTIMARIUS, inter modernos primus, ab occultis FERNELII qualitatibus vindicavit, doctis aedepol, & peracutis, coeptum eſt paullatim deinde inter medicos, de illorum, quae fermentando, putreſcendo, vel naturae ſponte, vel artis ſtudio, e corporibus extricantur, natura, vi, & effectibus, multiformiter diſputari.

147. Eſſe has terrenorum expirationes ex putridis aquis, ex marceſcentium tabo plantarum, ex obſcoena camporum uligine, & coacervata foſſilium, animatorum, vegetantium putredine, quae jugi fluxu, commixtione, coalitu, in malignas abeant paullatim con-

tages. Siquidem arcanis affinitatum legibus, ex multiplici elementorum concurſu coaleſcentes in unum, tum leni pulſu caloris extruſas, humo tenus in aerem repere, pulviſculorum inerrantium ritu, paullatimque in corpora, convehente praeſertim ſpiritu, invadere.

148. Eſſe autem his primordiis, quas nocentes potentias vocant, ſingularem, ut originem, ſic indolem ingenii, ut miris modis in corpus vadentia, multo etiam obſcuriſſimis, & ſubruendae vitae, & propagandae, ſervandaeque virtutis vim tueantur. Hinc ipſas contagiorum & peſtilitatum vices, pro varia horum conſtitutione mutabiles, temporibus, locis, phaenomenis varias haberi; non poſſe enim varia, & inaequali concreta natura, eoſdem perpetuo, & ubique effectus inferre.

149. Atque hoc genus omnia, quamquam authoritate ſapientum in magna veritatis ſpecie verſantur; tamen & interverſa conſtant ratione, nec maximopere cum ipſis naturae legibus, & phaenomenis quadrant.

150. Utique enim ab aſſidua expirantium ſorde contaminari circum corpora aerem, nempe varium, ſordeſcens reddi, atque impurum: utique involantibus aſſidue in corpus etherogeneis, mutari multa in humoribus, in viſceribus neceſſe eſt: utique item corpora quotquot principiis ſimilibus vaporata, ſimilibus pro ratione vitiis tentari conſequens eſt. Sed acervata coecis concurſibus, fortuito nexu, elementorum principia, immo expirantium ex univerſis corporibus, indiſcreta lege, molecularum detrimenta, coire in unum certum, perſtans, ſibique conſtans contagiorum virus, nulla

haſtenus ſatis, videntibus, naturae ratio perſuadet. (58)

151. Contagiorum autem eſſe certa, perſtantia, ex

(58) Longa utique, & permoleſti laboris quaeſitio plena futura eſſet, non tamen difficilis, ſi qui opinionum magis, quam certa naturae argumenta deſideraret: nam ut innumera ſunt erumpentium e terrenis expirationum genera, ſic innumera etiam ſunt ex innumeris, ac pene ex omnibus naturalium rerum ſcriptoribus teſtimonia, ab THEOPHRAST, SENECA, PLIN., GAL., & Arabibus, tum caeterarum aetatum, & gentium Medicis, [*MARSIL. FIC. Epid. c.* 4.] hiſtoricis, philoſophis, quae omnigenis his barathrorum, ſpeluncarum, antrorum, lernarum, fodinarum ſpirationibus, tum his quae per terrarum motus, everſiones, hiatus, incendia, vaſtationes erumpunt, non venenatos modo, ſed omnino etiam peſtiferos halitus, fidentiſſime tribuant. Sed fruſtra cumulantur authorum nomina, ſi quando veritatis fides repugnat. Nam quamquam etiam inter modernos videas BOYLEUM [*de temper. ſubmarinar. reg.*] BECCHERUM [*Phyſ. ſubterr. l.* 1. *S.* 2. *c.* 3.] peritiſſimos naturae viros, tum PAULLUM ZACCHIAM [*Quaeſt. Med. Leg. lib.* 3. *Tit.* 3. *quaeſt.* 3.] FABIUM PAULINUM [*in Thucid.*] & Medicos cum MASSARIA, QUERCETANO, HOFFMANNO [*Med. Syſtemat. &c. Pathol. c.* 4., *& Diſſert. de Medic. Mettallurg. &c.*] frequentes, peſtem & peſtiferos morbos ſalinis, acidis, mineralibus, metallicisque halitibus tribuentes: tamen nec MEADII [*de Venen. Tentam.* 6.] nec SAUVAGESII [*de vi Aer. &c.*] nec PUJATI, nec recentiorum conſentit authoritas, nec experientia; quae utique mortes ſubitas venenorum ritu, his frequenter deberi cauſſis monſtravit, peſtiferos morbos, & peſtes omnino numquam ex univerſa rerum memoria potuit oſtendere. Nec decet in his quemquam moveri SENECAE authoritate, qui (*quaeſt. natur. L.* 6. *c.* 27. 28.) latine magis loquutus, quam medice, = *ſolere poſt magnos terrarum motus peſtilentiam fieri* = praedixit. Nam quod *Campano* terrarum *motu* ... *ſexcentarum ovium gregem exanimatum in Pompejana regione propoſuit*, (*l. c.*) id ipſum ſubitae, & venenatae mortis opinionem videtur praeſeferre, non peſtis. Peſtis enim & contagio vulgatur in proximos, nec ſolet tam ſubita ſtrage uno tempore multos perimere. Qui vero meminerit grave quodvis & morbi, & malorum genus, latinis facile peſtem vocari, is facile intelliget, nec peſtem potu liquatae grandinis poſſe progigni, quem tamen PLINIUS

ex certis principiorum elementis, certis legibus coagmentata principia neceſſe eſt; quae effectus certos ab aevo in quibuſvis, quoque tempore, & loco, ſemperque eoſdem producant. Nec ulla alicubi eſſe certa e terrigenis contagiorum elementa, certis umquam obſervationibus compertum eſt: nec ulla ullibi, quae certas morborum contages perpetuo, & certo produxerint.

152. Et quamquam plures hic illic, vitio locorum, atque aeris, morborum cauſſae difficiles, & graves exiſtant; quaeque in morbos ſaepe contagioſos erumpant; nullibi tamen hactenus probatum eſt, ejuſmodi cauſſas verſari, quae certam in ſe ipſis contagem, & contagioſi rationem morbi contineant. Ea enim certa & indubia contagis ratio cenſenda eſt, quae vim in ſe ipſa, cauſſamque futuri morbi contineat, cum propagandae virtutis facultate conjunctam.

153. Credo equidem Elephantiaſim, Celticum, Stomacacen, quem Scorbutum noſtri nominant, Javv item, Pian, & quae ſunt caetera inaudita, inter barbaros morborum portenta, vitio caeli, atque ſoli, vitio victus, aquarum, vitae, progigni, & certas dein-

[*lib.* 21. *c.* 3.] *peſtilentiſſimum* fore propoſuit; nec ei peſtis potens is videatur, qui *plurimis Italiae locis, per quaedam foramina peſtilens exhaletur vapor, quem non hominem ducere, non feram tutum eſt;* quique etiam ſupervolantes alites facile interimat. (*SENEC. Natur. quaeſt. l. 6. c.* 28.)

Quapropter quotquot ex terrae meatibus, cryptis, cavernis, antris, mephitibus, ex avernis item, & corruptis aquis, & obſtructis diu locis, recluſi emanant halitus, vapores, ſpiritus, exhalationes, hos equidem venenatos, & vehementer lethales reputare neceſſe eſt etiam atque etiam; ut graviſſimos morborum caſus, ſyncopes, ſubitam mortem, facile inducant; ſed veras morborum contages, & peſtem, ut facere nullo modo penitus poſſint. *Vid. Not.* 82.

de per contages vulgari. Nempe contaminatis per haec intus humoribus, labem corporibus paullatim inoleſcere; degeneres hic illic ſuccos, impura corporum recrementa, retenta intus, expiratione prohibita, in venenatam indolem verti; paullatim corpora in crudos viſcerum ſuccos, in malos habitus incidiſſe: ſic prima excreviſſe morborum horum rudimenta, coaluiſſe ſenſim, non in aere, ſed in ipſis intus corporibus, in certas atque perſtantes naturas, in certa morborum ſeminia, aut miaſmata: ſimul corporibus inhaeſiſſe illam paullatim notam, quam diatheſin vocare ſolent, ut tactu exteriore, aut communicatis invicem expirationibus, excepta ſemina, tamquam apto ſolo, in eoſdem morbos exreſcerent.

154. Sic ortas paullatim contages, quas tardas vocamus, conſpiratione cauſſarum externarum, corporatas materie animali, miniſterio unico vitae, ſuccreviſſe in corporibus, inhaeſiſſe certis terrarum locis, & conditionibus; nec potuiſſe deinceps evelli, atque extingui, niſi mutata aeris, locorum, & corporum conditione, deminutis paullatim viribus, evanuerint. (59)

155.

(59) Congruunt haec omnia adamuſſim cum genuina Elephantiaſis hiſtoria. Elephantiaſim poſt LUCRETIUM, GALENUS Aegypto propriam teſtatur. „ In Alexandria quidem Elephantis morbo plurimi corripiuntur, propter victus „ modum, & regionis fervorem. At in Germania, & Myſſia „ rariſſima haec paſſio videtur. Et apud Scytas lactis potatores, numquam fere apparuit. In Alexandria vero plurimum „ generatur ob victus rationem. Comedunt enim farinam elixatam, & lentem, & cochleas, & plura ſalita, & nonnulli ex ipſis carnes aſininas, & alia quaedam, quae craſſum „ & melancholicum humorem generant. Nam quum circumſtans aer calidus ſit, motus humorum agitur verſus cutem. [*De Art. cur. ad Glauc. lib.* 2. *c.* 10.] Nempe ob tales *cibos*,

155. Subinde autem etiam his morbis, qui ſubito alicubi per acutas conſtitutiones, vitio locorum, atque

,, *qui craſſum, & faeculentum humorem procreare natura apti ſint*, ,, ſi accedat hepatis, & ſplenis imbecilla vis, *in hoc corpore* ,, *turbidus fit, ac craſſeſcit is qui in venis continetur ſanguis....* ,, *& quandoque ad cutim univerſam expellitur, fitque is morbus*, ,, *quem Elephantem nominant.* [*l. cit.*] Nec repugnat a Proſpero ALPINO, qui in Aegypto verſatus, cauſſas a victu pene eaſdem propoſuit ; pro mutato autem regionis cultu, & dejecta ſorte incolarum, ex coenoſo ſtagnantium, & putridarum aquarum potu, alteram etiam elephantiaſis ſpeciem, vagantem item in populares recenſuit, quae ex abnormi pedum atque crurum tumore, Elephantiaſin Arabum repraeſentat, ab veteri illa Graecorum longe diverſam. [*PROSP. ALP. de Medic. Aegypt. l.* 1. *c.* 4.] Similes admodum vigentis adhuc in Gallo-provincia Elephantiaſis cauſſas affert RAYMUNDUS [*Hiſt. de l'Elephant.*]; eaſdemque recipi videas a Cl. LORRY in libro nuper edito *de Morb. Cutaneis*. Quum autem conſtet congeneres alterutrius elephantiaſis ſpecies, regnare adhuc in Syria, & Aegypto; in Creta item, atque Cypro, tum in pluribus Aegaei maris inſulis; deinde in quamplurimis orbis regionibus, maximeque in maritimis, & paluſtribus, quacumque cum abſurdo victu, in locis coenoſis, & humentibus mortales miſeri degunt: apparet a ſimilibus cauſſis non modo ſimiles morbos, longo tandem tractu poſſe ubivis produci; ſed diuturna, & iterata tandem cauſſarum actione, poſſe corpora ſic permutari, ut has morborum labes multo intimius recipiant, & cum iis quam arctiſſime conjungantur. Quamquam enim contagioſam elephantiaſi vim a pleriſque negari video; tamen & argumentis contra teſtantium maxime moveor, & eo potiſſimum in quo maximam partem conſentiunt, elephanticam labem *propagari per traducem*, etſi ad quartam generationem definiri eam poſſe non credam. (*Vid. JO: RAYMUND. l. c. pag.* 23. *& pag.* 47. *n.* 5. *& alib.*)

Pene eadem dici poſſunt de *Yaw* Nigritarum, deque *Epian* inter Caraybas, & alias Americae gentes frequenti, ſimillima elephantiaſis indole. Quin & veneream labem, nec contagione incerta, nec ortu, credibile eſt non modo hoſpitalem Americae populis extitiſſe, ſed vitiandis ab initio humoribus habuiſſe cauſſas humeſcens coelum, uliginoſum & putre ſolum, improperos, aut crudi piſcis, aut inertium plantarum ſuccos, fereque ab inutili primum, mox acri per venas pituita coa-

aeris in peſtilentes cum contagio exardeſcunt, praeeſſe contages ipſas e terra primitus exiſtentes, nec facile credas, nec ulla ſatis ratione pervincas. (60) Non enim ſi cujus rei evidens cauſſa ignoratur, jure ad obſcuram impeditamque confugias: pervidendumque eſt in his aliquando, numquid in interiore animalis compage, naturae quadam neceſſitate, an conſilio, quaeſita lateant phaenomenorum horum inſtrumenta. (*)

147. Quod ſupereſt in his quoque peſpicuum natu-

luiſſe tandem gen'talis materiae contagem; eandem indigenis non gravem, immiſſam fervidioribus Europeorum viſceribus, in ſubitos impetus excanduiſſe. Verique admodum ſimile eſt ſcorbuti, rariſſimi quondam, nunc maritimis, & hyperboreis maxime familiaris morbi, aſſimilem originem, & derivationem fuiſſe.

60) Utique ex corrupta aquarum colluvie, aut coeno telluris, aut gravi aliquo locorum vitio, peſtilentes ſaepe morbi naſcuntur: erraret autem qui crederet, vapores illos, quorum cauſſa morbi tales emergunt, tuliſſe in corpora contagiorum materiem, aut contagioſos ipſos fuiſſe: non ſunt contagia illa, ſed vere miaſmata; nempe inquinamenta, quae humores corporum graviter vitiant, atque ipſa corpora labefactant. Proin poteſt illorum vi talis & tanta in corporibus fieri permutatio, ut & morbi inde enaſcantur, atque ii vere contagioſi ſint & peſtilentes. Ex ſomno ſubdiali per noctem, etiam in aere puro, atque ſano excitantur febres malignae, quae facile in contagioſas evadunt: Puerpera, caeterum ſana, ex calido victu, in calido & anguſto conclavi, corripitur febri, non modo acuta & maligna, ſed contagioſa & peſtilenti. Eodem modo coelum putre, vapor paluſtris, & his adfinia, non ſunt contagia ipſa per ſe, ſed cauſſae excitandis in corpore contagiis idoneae. Mirum autem videri poſſit ſententiam hanc de certa putreſcentium, & putridorum pene omnium, ad morbos malignos & putridos poteſtate, receptam medicorum, & ſeculorum pene omnium conſenſu; ab Alexandro nuper, docto inter Anglos medico, etiam propoſitis experimentis, fuiſſe oppugnatam. [*Ricerca ſperimentale ec. ſopra le cauſe delle malattie putride ec.* ═] Sed refutavit hanc etiam nuper ſententiam, ut audio, PRIESTLEY. [*Opuſc. di Mil.*]

[*] *Vid.* §. *ſeq.*

turae regimen, & quamdam veluti providentiam verſari fatendum eſt; nec quicquam horum adminiſtrari caſu fortuito, aut coeca concurſatione athomorum, quae certis coagmentata principiis, certis etiam perpetuo legibus gubernantur. Eſtque illa in primis mira admodum, in tanta naturae magnificentia, ſimplicitas: quod pro variis corporum ordinibus, qua averſationibus, qua intimiore illo inter partes cupiditatis amore, quam affinitatem nominant, ingentis operae, & eximiae utilitatis phaenomena diſpenſantur: qua propter, ut vita harum, quae ſunt cumque rerum, & duratio, mutua partium conſenſione & amore continetur, & regitur; ſic diſſidio, ſeceſſioneque exſolutio omnium, & interitus.

157. Fere autem ex multiplici conſociatione cauſſarum, ex quibus cuiuſque vita conſiſtit, facile fuit etiam inter ſimilia, oriri ſaepe diſſidia ad interitum; proin multo plura ad excidium haberi virium incitamenta & cauſſarum, quam ad conſervationem, atque vitam. Sed cautum eſt iterum providentis beneficio naturae, ut augendis ſervandiſque corporibus, ex diſſitis etiam generibus comparata adjumenta concurrerent: diſſentientium autem vires, quum in ſe ipſis ſunt, ſi in congenera corpora plurimum poſſent, in diverſa plerumque nihil valerent. (*61*)

(*61*) Patet quam latiſſime hujuſmodi inter naturae vires oeconomia; non poteſt enim haec tanta rerum in natura diverſitas, ſine mutua, fere, inter ſe conſpiratione, & influxu ſubſiſtere. Vita illorum quae vivunt, non poteſt in ullo genere ſine aere ſuſtineri: at interim dum aer ab animalibus inſpiratus corrumpitur, idem inſpiratione vegetantium inſtauratur, & reſtituitur: quod non caſu fortuito, ſed ſingulari quadam praeordinatione cauſſarum, videtur conſtitutum eſſe a natura,

158. Proin ſaepe in pomariis, pomo marcente, vicina videas paullatim extabeſcere, donec effuſo latius contagio, etiam remota computruerunt: nec interim vitium illud carnes, vina, caſei, aut caetera obſonia ſenſere. Sed in Lanienis corruptae carnis afflatu, recentes brevi contaminantur: proſerpit enim late contagium, & affinia cito corrumpit; quo ipſo virentes herbae, atque olera mirifice recreantur.

159. Uſque adeo affinia affinibus, praeſtituta quadam naturae lege, quum ſemel ſeceſſerint principiorum elementa, in ſuo quaeque genere maximopere nocent; &

ut ad ordinatam hanc mundi compagem ſingula cum univerſis conſentiant. Nam etiam plantae, ut innumera animantibus praeſtant commoda, ſic ipſa quoque ſub pingui illa, & phlogiſtica animalium corporum in aerem expiratione, maximopere delectantur, & vigent. (*PRYESTLEY. INGEN. & nuperrimi paſſim*).

De inanimis autem, quae inorganica, & bruta vocantur, pene innumera exempla ſunt, ut agere ea in ſe invicem intelligamus. „ Nulla res alienum odorem celerius ad ſe ducit, quam vinum. “ (*Colum. l. 9. c.* 28.) Quapropter PLINIUS praeceperat, a cellis vinariis „ ſterquilinia, & arborum radi„ ces procul abeſſe, omniaque odoris evitandi, facillimo in „ vina tranſitu.“ [*Hiſt. lib.* 14. *c.* 21.] & rurſum „ doliis etiam „ intervalla dari, ne inter ſe ſe vitia ſerpant, contagione vi„ ni ſemper ocyſſima.“ [*loc. cit.*] Profecto nova res eſt, praeclaris INGEN-HOUSII experimentis firmata, radices arborum, atque omnium plantarum, mephiticum perpetuo expirare; res vero ipſa quoad effectus, ſagacitatem illam veterum non effugerat. Quae vero PLINIUS de inimicitiis, amicitiiſque plantarum plura commemorat, ut juventur vicinitate, aut etiam uſque ad internecionem laedantur, videntur ab eodem ducta principio. Inter congeneres autem, etiam agricolis vulgo cognitum eſt, contagem morbi ſerpere in proximas; ideo Juglandes, & moros ſericas, contagioſis morbis facile corripi, unaque affecta, vicinas cito contaminari, propagata, ut credere eſt, e radicibus peſte. Eo autem referas etiam quae de funeſtis arborum umbris ſunt antiquitus pervulgata.

& fiunt rebus venena ad interitum, quae fuerant, concordia partium, durationis, & vitae ſubſidia.

160. Atque ex his iterum extremum illud tandem conficias: eſſe multa a terrigenis elementorum miaſmata, animantum corporibus inimica, quae coecis etiam virtutibus, vi incomprehenſibili, animale corpus afficiant, & miris modis perturbent, pervertant uſque ad interitum: eſſe contages, quae horum occaſione, vi, poteſtate, in ipſis corporibus excitentur, ex ipſa animalis materie conflata. Sed ex his omnibus quae extra corpus concitantur, & fiunt, contages ullas numquam extitiſſe, nec poſſe confieri; quas non modo affinitate, ſed ex identica cognatione ſubſtantiae coaleſcere neceſſe ſit.

161. Quemadmodum ergo nec Latens in aere quicquam eſt epidemicis opportunum; ſic e terrenis nulla contagia poſſunt exiſtere; ſiquidem talia, quaecumque ſunt, nequeunt, attactu, immixtione, propagatione, perſtantia, niſi certa praeſtent cognatione ſubſtantiae, effectus certos, perpetuos contagiorum, & peſtis progignere.

§. IX.

§. IX.

De Origine Contagiorum Animali.

162. Reliquum eſt, poſt haec omnia, ut manare ex animali ſubſtantia credamus contagiorum illa principia, quae nequeant hactenus ex reliquis naturae fontibus derivari. Sed anceps ingruit ab initio, eaque non levis admodum dubitatio, non modo organicis, ſed num etiam animatis, ac pene viventibus corpuſculorum elementis, contages omnes peſtilitatum conſiſtant. Prorſus enim ex animali ſubſtantia, & penitus animata, atque actu viventia, creditum eſt aliquando, contagiorum elementa poſſe, & oportere cenſeri.

163. Quo loco, non minus authoritate veterum, quam recentiorum teſtimoniis permoveri neceſſe eſt. Quandoquidem animatorum ſententiam repetitam ab veteribus VARRONE, COLUMELLA, VITRUVIO; KIRKERIUS primus inter modernos propoſuit; LANCISIUS & REAUMURIUS inter recentes, probabilibus argumentis fulcire conati ſunt. (62) Sed perobſcurae rei, & experimentis hactenus inacceſſae, inconſul-

(62) KIRKER. *Scrutin. Peſt. Sect. I.* LANCISIUS *de Nox. Palud. effluv. lib.* 1. *ſect.* 1. *c.* 9. *ad* 19. veterum etiam Scriptor. ſuper his ſententias recenſet, eaſque novis argumentorum rationibus in ſubſequentibus confirmare conatur. REAUMURIUS pene in eamdem ſententiam deſcendit [*Mem. pour ſervir à l' Hiſt. des Inſ. Mem.* 10.] Eadem fuerat CHRIST. LANG. opinio. (*Pathol. Anim.*) Sed ante alios multa ſuper his, & perdocte, ut caetera, VALLISNERIUS [*Sopra i Vermi peſtilenziali de' buoi, e in generale.*]

ſulta recentiorum quorumdam ſecuritas fidem pene omnem ademit. (*)

164. Nam quamquam credere ex VARRONE, & COLUMELLA facile ſit, creſcentia in palaſtribus animalcula, *quae non poſſunt oculi conſequi*, quum *intus in corpora per os, ac nares perveniunt, difficiles morbos* efficere: Tum item *infeſtis aculeis armata animalia, quae in nos denſiſſimis agminibus involant*, emitti a paludibus, *ex quibus ſaepe contrahuntur coeci morbi, quorum cauſſas ne medici quidem perſpicere queunt*. Intelligas tamen, haec, maximam partem, originem primam peſtilentium morborum ab animali materie perſpicue demonſtratam proponere; eamdem viventem actu in corporibus, nullatenus indicare. (63)

165. Repugnat autem quam maxime, quae aliorum fuit conjectura, receptis in corpus ovulis, aut vermiculis, innumera inſectorum examina, toto ſanguine, totis humoribus propagari, adoleſcere in praeſentem

(*) *Quos Vid. ap.* VALLISNER. *l. prox. cit.*

(63) Locus VARR. eſt *de Re ruſt. l.* 1. *c.* 12. Sequens COLUMELLAE habetur *de Re ruſt. l.* 1. *c.* 5. *Geſner. edit.* 2. *T. I.* His vero adjicere licet quae PALLADIUS habet, „ Palus omni modo vitanda eſt, praecipue quae ab auſtro eſt, „ vel occidente, & ſiccari conſuevit aeſtate, propter peſtilen„ tiam, vel animalia inimica quae generat, " *l. c. Tit.* 7. *ejuſd. edit. T. II.* Sed multo adhuc opportuniora ſunt, & ad veritatis normam exarata quae VITRUVIUS propoſuit. „ Evi„ tabitur paluſtris vicinitas. Quum enim aurae matutinae, „ cum ſole oriente ad oppidum pervenient, & eis ortae ne„ bulae adjungentur, ſpiritufque beſtiarum paluſtrium venena„ tos, cum nebula mixtos in habitatorum corpora flatus ſpar„ gent, efficient locum peſtilentem. (*De Architect. l. c. c.* 4. *Edit. magn. Neapolit. f.* 22.) Tandem eſt etiam LUCRETII illud.... „ Obnoxia cuncta putrori corpora, putrores inſe„ cta animata ſequuntur. " (*lib.* 6.)

tem hominis peſtem, diſſeminari in venenata contagia. Ut obdormiſſe illi penitus videantur, qui talia ſibi percepta oculis videri voluerint; & verminoſa peſtilentium omnium principia, in viſceribus germinantia, nimis oſcitanter obtruſerint: quorum nec origo certa, nec exitus conſtat; quibuſcum peſtilentium nec phaenomena, nec vices conſentiunt; in quibus iterum aeque ratio, & obſervatio vacillat. (64)

166.

(64) Non licet praetermittere hoc loco docti hominis, & Cel. inter Germanos Medici Ant. PLENCIZ ſententiam, qui expenſis, & repudiatis aliorum de ea re opinionibus, huc tandem deſcendit, ut crederet materialem contagii cauſſam *in miaſmate verminoſo*, ſeu principio aliquo *ſeminali verminoſo* fore quaerendam: proin *vera animalcula in omni contagio* verſari; itemque ſcatere omnia his animalculis corpora. Et quoniam contagium in animali corpore ſine putredine eſſe non queat; ideo corpora quoque eadem *putreſcere*, quando *ſeminium verminoſum animari*, *evolvi*, *& multiplicari* coeperit. Contagiorum autem eſſe ſua, & viventum ſpeciebus, & ſingulorum corporibus ſemina; quae certis hic illic conditionum poteſtatibus evolvantur. [*PLENC. Op. Med. T. I. Vindob.* 1762.] Quibus argumentis fateri equidem neceſſe eſt, extricari multa ſuper contagibus, & durationis, & inſitionis, & propagationis phaenomena; qualia idem PLENCIZ abunde explicavit. Sed illud porro non poſſe explicari perſpicuum eſt, cur ſibi talia poſtliminio videri certa PLENCIZ voluerit, atque aliis probanda, quae diſputata olim celebrium philoſophorum argumentis, refutavit jam dudum omnis Medicorum obſervatio, & authoritas.

Neque illud permovet magis, quod eſt a MENURETO, Cel. apud Gallos Medico, nuper propoſitum. Quemadmodum herbarum atque arborum, ſic morborum quoque eſſe germina in natura certa & perſtantia, quae aere & ventis huc illuc delata, atque in corpus vadentia, tamquam ſolo opportuno, in certas morborum contages evolvantur, & creſcant. Ut enim caetera liberaliter demus, & ante omnia vitalitatem, incomprehenſibili ratione, & origine his germinibus inhaerentem; at illud tamen videtur dari nullo modo poſſe; morborum germina, & ſemina certa fuiſſe a natura in viventum perniciem inſtituta. Non facit enim morbos natura, ſed patitur; abſur-

166. Propter quae, illud praecipue ex veterum, & recentium authoritate non difficulter recipias; in paluſtribus ſaepe locis, ex fermentata putreſcentium colluvie, inviſibilium inſectorum examinibus poſſe aerem compleri; ut inſpirari eadem, aut hauriri cum cibis neceſſe ſit; quorum putrido tabo inquinari paullatim viſcera & ſanguinem oportet, ut difficiles morbi, facile etiam contagioſi enaſcantur. Quem caſum venenatae, aut etiam contagioſae putriditatis, ex animali principio, in corporibus excitandae, facili ratione pervincas. Sed vermium viva contagia per peſtes in humoribus propagari, atque ipſa generatim ex vermibus contagia conflari, obſervationi rerum, & manifeſtis naturae legibus aeque repugnat.

167. Quae ſi qui indubiis rationibus, & certa rerum obſervatione firmarint, ut regnare per graves morbos nonnumquam in corporibus, univerſim aut alicubi, animata inſecta, & vivos vermes credamus: videant hi primum, ne effectum cauſsae antevertant; dein ne epidemicam ex aere conſtitutionem, pro contagioſa peſte proponant; noviſſime in naturalibus quantum diffideat, ut

dumque eſt cenſeri vitalia morborum germina, quae non modo novae rei nihil ponant, ſed exiſtentia per ſe corpora extinguant: deinde tot germina poni, quot morbos: deinde germina incompertae, incomprehenſibiliſque naturae: deinde non neceſſaria, quum manifeſtae ſuppetant, fereque innumerabiles cauſſae, quae multiplici copulatione, perſpecta vi, fereque indomabili contumacia, & feritate materiae, repugnante incaſſum natura, viventum corpora labefactant. Sed promerito Academica ſuffragia, & Minerval, veritatis etiam teſtimonia, quae ſolet dies confirmare, auguramur. [*Diſſert. ſur les cauſ. des Malad. Contag., qui a remporté le prix de l' Academie &c.* 1779.] ni fallor.

ut a ſingularibus experimentorum periculis, ad certa, & perſtantia naturae conſtituta arguamus.

168. Caeterum ne fermentatio quidem, eximium illud in naturae adminiſtratione inſtrumentum, explicandis contagiorum propagationibus, aut naturis ſatis ſuccurrit: quamquam enim multa his cum fermentatione conveniunt, viſque in primis mutandi, aſſimilandi; tamen reliqua non ſatis congruunt; & multa deſunt conditionum elementa, multa etiam pene repugnant. Cur idem contagium non aeque, nec aequis temporum ſpatiis fermentat in ſingulis? Cur diſparem copiam pares effectus, nonnumquam majorem levior conſequitur? Fermenteſcere venena in corporibus nulla hactenus ratio perſuaſit; in praepeti ſanguinis fluxu, ne ipſa quidem fermenta poſſe explicari credideris; tum forte natura ipſa fermentationum reſiſtit. (*) Nec caetera porro levius laborant. (65)

169. Quapropter multa reputanti non abſimile vero videri poſſit, affinitate quadam, quam Chemici dicunt, & ſimili attractionis effectu, fieri in corporibus contagiorum propagationem: quam qui intellexerint, eos ne cauſſas quidem, & certam contagiorum originem ignoraturos confidimus. Non enim quoniam ſic nata ſunt,

(*) *Vid.* §. *ſeq.*

(65) FROMONDIUS inter recentes hanc ſententiam fermentationis, ut nempe contagia per fermentationem in corporibus animalium propagari credamus, probabilibus argumentis tuetur: (*Riſp. ec. ſopra il Comm. degli Olj navigati ec. p.* 340.) ſed obſtant illa hactenus maximam partem, quae adverſus vivi corporis fermentationem communiter proponuntur. Recentiores porro ineſſe magnam liquidis animalibus ad putrificam fermentationem proclivitatem concedunt, ſed eam impediri vi & effectu motus projectilis. (*Wilſ. l. cit.*)

ſunt, ideo determinatis etiam rationibus propagantur; ſed ideo quoque eadem tali ratione propagatum iri putamus, quod certa & materie, & origine corporata conſiſtant: oportet enim certas phaenomenorum eſſe cauſſas, quae certis effectibus omnino, & ſemper reſpondeant.

170. Jam in animali natura eſſe humorum elementa in acritatem, putredinem, & contagioſum etiam ſeminium facile itura, demonſtrant contagiorum in iiſdem ſponte naſcentium, relata ſaepius experimenta. Nonne contages, & peſtes licet volenti, pene ad arbitrium concitatas progignere? Nempe coacervata in anguſtum corpora, coecis carceribus, vaporatis navium ſentinis, quacumque veteraſcens aer recenti ſpiritu recreari non potuit; brevi immarceſcens, illuvie corporum, ſitu, poedore, in morbos peſtiferos contabeſcit: quod feralibus, nimis ſaepe, firmatum eſt experimentorum periculis. *(66)*

171. Spirabilem nempe aerem purumque, exhalans e ſa-

(*66*) Lethalium, & peſtilentium morborum in carceribus, poedore corporum, & ſitu aeris enaſcentium, memini me multa exempla legere apud BACON. VERUL., tum in recenti ZIMMERM. libro (*des Cauſ. des Malad.*) tum alibi paſſim. Sed proſtant ſimilia per quodque viventum genus, quae docent in anguſto aere & putri, contagioſos morbos progigni etiam beſtiis. Quare etiam ARRIANUS praemonuit, ne canes ſimul cubent, peſſimum enim id eſſe, *& multo pejus ſi inter cubandum ſe invicem contingant: nam quibuſcumque cutis vitiis, mutuo calore, & contactu ſe ſe inficiunt; adeo ut ſcabie fere ſemper referti ſint, ubi in eodem loco cubant. Idem quoque ex foetore provenit &c.* (*De Venat. cap.* 3.) Unum vero inſtar omnium eſt ab VERUL., & CAMBDENO (*Annal. Reg. Eliſab.*) de Judicio Oxonienſi (ann. 1577.); in quo producti ſontes, poedore corporum, & ſitu lethali ſic adſtantes in Curia infecerunt, ut ad trecentos peſtilenti morbo conſumpti ſint.

e ſanis corporibus vapor, primum innocuus, paullatim copia oneratum, tandem venenata malignitate contaminat, & vitae reddit exitialem: cohibita intus in ſano corpore perſpiratio, cito degenerat; tum humores paullatim vitiat, nervos infeſtat, obſcuros malignoſque morbos inducit. Quin & a ſimplicibus cauſis enati morbi, humorum ſpontanea ſeceſſione, vel ſingulari intemperie, vel parte aliqua in ſummum *animalitatis* evecta, primum corpus omne contaminant, tum acres malignoſque effundunt vapores, demum manifeſta contagiorum ſeminia. Nonnumquam malo medentis errore non malam febrim in venenatam vertiſſe exploratum eſt, compertumque. (*)

172. Nonne iſta porro ineſſe ſanis humoribus quaedam teſtantur involuta, commixta, latentia elementorum primordia, quae mixtionis ſoluta nexibus, evoluta a caeteris, ſibi ipſis reddita, in nativam tenuitatem, mobilitatemque afferta, vires exſerant nervis, ſpiritibus, vitae, ſingulari modo inimicas? Nempe eſſe nativam in animali intus materiem, quae reliquorum ſoluta nexu, temperatione, coalitu, tum cita calore vitae, in lethiferum virus erumpat. (67)

173.

(*) *Grant. des Fievr. T.* 2.

(67) Magnum inter alia argumentum eſt, materiem analogam contagiorum reperiri in corporibus animalium, quod minima contagis particula immiſſa in corpus, totum illud inficiat, vertatque in eamdem contagis naturam. Ideo ſcintilla facit incendium, quod incidit in materiem inflammabilem, nempe in ignem, aut materiem igni opportunam. Hinc diſcrimen inter contagia, & venena animalium, quod venena illa non ex communi animalis materiae natura, ſed pro ſingulari animalis indole, ex ſingulari humorum ejus, aut organorum conditione conflantur. Contagium contra ideo in alieno cor-

173. Quid enim ſanum vivumque animal intereſt, & cadaver? nempe vita, ſeu ordinata, ex multigena ſubſtantiarum congerie, atque aequa temperies, ex vitali motu conſiſtens. Cadaver multis avolantibus, nullis vero in eorum locum ſubeuntibus, paullatim ſoluto mixtorum nexu, reſolvitur in diverſa. Ex his quae tenuiſſima, quae maxime ad vim vitae & robur fecerunt, in teterrimum ſolvuntur vaporem, perniciem ſanis, mortemque allatura: ut omnino neceſſe ſit etiam in vivente fuiſſe talia, virulenta, ſeptica, venenata contagiorum primordia, ſeu Gas, ſeu putre, ſeu mephiticum ſpiritum, ſeu virulentam auram, ſeu *fixum aerem* vocaveris, quae ex animali ſubſtantia unica inteſtini motus vis extricarit.

174. Jam varias eſſe contagiorum, ſepticorum, venenatorum, peſtilentium naturas perſpicuum eſt; quum ſuis quaeque modis & legibus, ſuos quaeque humores, partes, functiones animalis afficiant, inexplicabili prorſus morborum, ſymptomatum, temporum varietate: ea

pore multiplicatur, quod conflatum ex analoga materie, quum in analogam inciderit, eam facile, non tam mutat, quam excitat; unde totius corporis conflatur incendium; materie nempe ſimili, univerſim excitata, & permota. Quo loco etiam fermentorum, quamquam in re diſſimili, valet exemplum; nam paſta quoque cito fermentat, & in fermentum mutatur: quod in ea immiſſum fermentum inveniat aſſimilem ſibi, & homogeneam materiem. Forte autem quaerenti quae cauſſa ſit, cur nulla beſtiarum venena contagioſos morbos inducant? primum reponas non fruſtra; quid cauſſae ſit cur viperae virus, integris modo faucibus, obliguritur impune? Dein venena beſtiis e natura maxime ſunt, pro conditione cujuſvis nativa; contagia in corporibus, non niſi per morbos naſcuntur. Hinc etiam rabidi canis venenum inter contagia cenſetur, quod morbo beſtiae, non natura progignitur.

tamen conſtanti lege, ut eadem idem ſemper, quamquam variatis ſaepe modis, morborum genus inducant, & morbi ſpeciem ſimul cum materie propagent.

175. Illud aeque perſpicuum eſt, eſſe in corporibus varias, non modo humorum naturas, ſed principiorum quoque, ex quibus hi coaleſcunt, rationes in ſingulis, & quantitates, & mixtionum gradus diverſos, ex quibus ſingulorum hominum temperies, & quae dicuntur idioſyncraſiae, conſiſtunt, eſſe oportere. Proin illud quoque credibile videri oportet, eſſe vim contagiorum in corpora, prout ſimilium elementorum in iiſdem quantitas, aptitudo, vis reperitur. Hinc contagiorum materiem adhaerere quibuſvis corporibus facile poſſe, nocere, niſi aptis, non poſſe: apta autem eſſe ea, in quibus homogenea, ſimiliſque contagio materies, non modo multa, ſed apta, prompta, & actioni parata invenitur. Hanc rapere intus prompte contagia, atque invicem rapi; ut apto concepta loco, recepta pabulo multo & parato, adoleſcant, vires multiplicent, atque exſerant ſuas. (*68*)

176.

(68) Grave aliud argumentum, pro natura contagiorum animali, conficitur, ſi quaerat quis; cur contagia non nocent niſi diſpoſitis? Nempe quum ſint ex animali ſubſtantia, ſingulari & determinato quodam modo alterata, non nocent niſi his, in quibus animalis eadem ſubſtantia diſtat minimum ab ea alteratione, ut contagium receptum, inveniat in corpore maxime affinem, fereque evolutam, & quam proxime aſſimilatam, vel aſſimilandam materiem: iis vero in quibus omnia in perfecto, nec nimis tamen provecto vitalitatis gradu, verſantur, quum nihil inveniant paratum, ſibi miſcibile, & facile aſſimilandum, non nocent. Quum enim agant primitus & potiſſimum in fluida, non poſſunt his, niſi ſimilia ſint, commiſceri. Habent ergo vim, non abſolutam, ſed reſpectivam nocendi; nempe quum vis vel quantitas materiae anima-

176. Talem autem eſſe volumus horum inter ſe affinitatem, qualem ignis ad eſcam; ut in altero vis, in altero materies ad concipiendum parata ſit. Quapropter latens id ipſum, contagio aſſimile, pabulum morbi, atque fomitem vocari placuit. Nam dira contagii vis, tamquam ſcintilla fomiti injecta, pervadit corpus omne undequaque, omogenea, ſimilia, ab intimis, ab ultimis partium receſſibus evocata, incitata, ad ſe trahit, penetrando aſſimilat, coaleſcit in unum, multiplicatis viribus, effectus exſerit quantitati, activitati fomitis pares. Fit magnum ex ſcintilla minima incendium: nervorum ante omnia vis omnis, vel afflatu peſtilentis aurae, vel abſtracta ſuccorum parte promptiſſima, cito collabitur; perit vigor membrorum, viſcera contabeſcunt, corpus omne latenter ſubruitur: Contagium prout alia affinitate pollet, aut alia, ſic ſanguini magis, aut ſero, aut lymphis, aut bili, aut muco cohaeret; prout acri, ſeptica, putri, malignitate valet, ſic affines ſuccos eadem labe contaminat; ſic morbos congeneres variata forma, phaenomena cauſſis reſpondentia progignit. Saepe diffuſo per omnia veneno, lethiferas toto corpore febres accendit; ſaepe in anthraces exarſit, aut in inguina irrumpens, in peſtiferos bubones ſubito intumuit; donec corruptis caeteris, univerſum corpus in contagioſum virus computruit.

lis ſic exaltatæ, aut provectæ, excedit modum, vireſque corporis reſiſtentes, ſeu proportionem materiae reliquae. Ex quo intelligitur etiam, cur venena item vegetabilia, & mineralia, omnino pleriſque omnibus noceant; vim enim habent abſolutam in ſe ipſis, vincentem vires animalis naturae: praeterea etiam, venena agunt in ſolida magis, quam in fluida. [*Vid. & Not. ſeq.*]

177. Jure igitur eſſe talia in corporibus, quos contagiorum fomites vocant, nempe intermixtas humoribus elementorum moleculas, contagiis facile aſſimilandas, eaſque non certis locis haerentes, ſed effuſas in totum; copia tamen nec in omnibus certa, nec pari vi, & poteſtate; ſed alia in aliis, prout vices & conditiones ſunt ſingulorum. Hinc corpora contagio afflata alia graviter infici, alia ne leviſſime quidem, ſed omnino immunia ſervari; nempe quae contagii ſimilibus, aut facile aſſimilandis careant elementis; aut quorum tanta ſit principiorum invicem temperatio, ut irrepentem ſentire vim peſtilitatis non poſſint. *(69)*

(69) Hinc liquet illam, quae dicitur diſpoſitio ad morbos, aliam poſitivam & directam, aliam negativam in corporibus poſſe cenſeri. Aliud eſt enim corporis conditiones eſſe tales. quales proxime requiruntur ad morbum excitandum; aliud eſt eſſe ſic, ut advenienti morborum cauſſae minus, aut nihil corpus reſiſtat. Jam poreſt corpus tum ad epidemicas, tum ad contagioſas morborum cauſſas, alterutro modo ſe habere. Sed tamen probabile eſt ad ciendos epidemicos magis directas, & conſentientes requiri; ad contagioſos etiam negativas ſufficere. Propterea quamvis diſpoſitio ad utrumque genus requiratur; poteſt tamen contingere, ut contagioſi etiam nulla praecedente conſtitutionis vi, ex negativa tamen diſpoſitione invaleſcant, & in epidemicum fere modum vulgentur; quatenus nempe corpora advenienti contagio non ſatis reſiſtant. Sed haec, & quae Not. ſup propoſita ſunt, valent de contagiis in univerſum: Num valeant etiam de magnis contagiis, & praeſertim de vera peſte, video incertum eſſe apud authores, & dubitari admodum poſſe. Equidem THUCIDIDES diſerte docet, in peſte Athen. nullum corpus inventum eſſe, quod poſſet illi morbo reluctari; credibileque admodum eſt nullam eſſe corporis naturam tam validam, quae tantam veneni vim recipere poſſit impune: ſcimus praeterea tentatam alicubi peſtis inſitionem, infeliciter ceſſiſſe: ſed tamen nullae ſunt hactenus obſervationes, quod ſciam, tam accuratae, quae poſſint omnem tollere dubitationem. Porro ſi diſpoſitio cor-

178. Quemadmodum autem per varias aeris, annorum, & temporum conſtitutiones humorum quoque mixtionem, craſim, vim cohaeſionis, variari multimodis neceſſe eſt: ſic contagiorum etiam, per eadem tempora, poteſtatem in corpora variari contingit, ut gravius, aut mitius affligant: fere enim demonſtratum eſt Variolas, caeteraſque peſtes, ab eodem contagio modo mitiſſimas, modo ſaeviſſimas excitari, prout materiae fluxilitas, aut corporis meabilitas fuerit, ut pervadere corpus libere, & deferveſcere extus in omnimodam deſpumationem poſſint contagia. Quo factum eſt, ut grandiores Variolarum papulae diſcretarum, & ſudor Anglicae febris, & parotis maligna, & ipſe peſtilens bubo, ſi cito, ſi liberalius eruperint, pene certae judicationis, & ſanitatis loco baberi conſueverint. (*) Nempe quo minor cum ſanis, quo promptior fomitis cum contagio attractio, cohaeſio, aſſimilatio fuerit futura, eo leviorem futuram aegritudinem, & tutiſſimam judicationem.

179. Atque eo facit etiam minor fomitis copia; quandoquidem vacuatis abunde ante eruptionem corporibus, contagia viſa ſunt, tamquam detracto alimento, ſubito extingui, aut leviſſimum morbum attuliſſe. (**)

180. Conſentit autem cum his facile ipſa etiam obſer-

G 3

porum valeret etiam adverſus peſtem, magnum inde argumentum exiſteret pro ſententia, quam Num. 222. proponemus. [*Vid. Not ad eum Num.*]

(*) *Vid. Sauvag. Claſſ.* 3. *Ord.* 1. 9.

(**) *MEAD. de Variol. cap.* 4. *WERLH. de Variol. & Anthrac. SWIET. ad n.* 1382. *&c.*

ſervatio, ut appareat ab eodem contagio, prout magis haerens, pigra, lenta, difficilis, materia fomitis fuerit, eo difficiliorem, graviorcmque morbi peſtem venturam. Omnino autem graviſſimus, & apprime peſtilens is habendus eſt, quem ex gravi contagio, ſimul magna nimis multitudo fomitis fecerit. Abſtrahi enim forte ab ſanorum conſortio, aſſimilis contagio materia, ſine maximis turbis, ſine omnimoda mixtorum diſſolutione non poteſt.

181. Ex quo illud etiam plane innoteſcit, cur peſtem paſſi, aut Variolas, ab his dein morbis ferantur immunes? Nempe abſtracto per vim fomite, & per morbum difflato, credibile eſt, eos qui ſuperſunt humores, tamquam facta haeterogeneorum deſpumatione, miſceri intimius, & validius inter ſe invicem coaleſcere: ex quo uno mutatae poſt graviſſimos morbos, & maxime contagioſos, complurium hominum conſtitutiones intelliguntur. (70)

182.

(70) Exercet ſe ſuper his, de more, SWIETENIUS, [*ad n.* 1382.] ut, levibus porro argumentis, ſententiam hanc iſtam, non dubiis obſervationibus confirmatam, velle intertollere videatur. Revera ſint, nec ne, immunes a peſte, quos peſtis olim pervaſit, viderint quorum ea cura eſt. At interim vi contagiorum mutari in poſterum, etiam ſaniſſimorum hominum conſtitutiones, nemo negaverit, poſtquam nimis multis, & infelicibus experimentis cognitum eſt, quam multi ex inſititiis variolis in depravatum corporis habitum, nullis deinde reſtituendum praeſidiis, inciderint. Quin & confracto robore, debilitatis ſenſibus, multi extiterunt; ut gravis author non nuper, [*Adverſ. Med. Pract. T. I. p. IV. Comm.* 2.] ex inſititiis variolis periclitatum iri quam maxime, non praeſentium modo, ſed futurorum etiam hominum conſtitutiones, vehementer contenderit. Num vero novum inauditumque eſt, vi venenorum, permotas ſaepe in corporibus, non nervorum modo, ſed ipſius etiam animae poteſtates? Nonne imbecillos, hebe-

182. Decet autem, niſi volentem, non decipi ſuper his: nempe qui laxo ſunt habitu, & fluxa humorum temperatione, eos facilius infici certum eſt; ſed & hi mitius laborant, atque etiam ſaepius evadunt. Quin calida quoque, atque humida aeris conſtitutio, omnigenae putriditatis maxime ferax, quod ſolida corporum laxat, quod fluida exſolvit, excitandis, & propagandis contagionibus optime favet: qua de cauſſa in aeſtimandis contagiorum viribus, hujuſmodi conſtitutiones ante omnia conſiderandae ſunt. Sed in contraria corporum & aeris conſtitutione, aeque certo conſtat, pauciores forte, ſed quicumque afficiuntur, multo periculoſius aegrotare: valet enim hic quoque hippocraticum illud, eo graviores morbos futuros, quo minus hominum conſtitutioni conveniunt: ut graviſſimas eſſe cauſſas oporteat, quae innocuo corpori officiant; & omnino vehementiſſimus morbus ſit expectandus, ſi validum corpus, & reluctantes humores lethifera contagii vis vicit, & in peſtiferam vertit naturam.

183. Sed valet tamen in his quoque multiformis

tes, fatuos, medicaminibus, aut philtris, aut venenis quae narcotica nominant, redditos multos comperimus, & immedicabiliter labefactatos? Atqui per ipſa peſtis contagia, etiam ex his qui evaſerunt, „ quoſdam coepere oblivia rerum Cunctarum, neque ſe poſſent cognoſcere ut ipſi. “ [*LUCR. l 6. v.* 1211.] Quae ſi qui mutatis fibrarum, & nervorum per hos morbos conditionibus tribuant, videant hi, ne multo etiam facilius mutari deinceps, ab his etiam, humorum conditiones neceſſe ſit, ut ad veterem penitus temperationem reverti deinde non poſſint. A peſte autem non modo metum, & furorem poſſe expectari cognitum eſt, ut illa oſtendunt LUCR. verba = alii praecipites lymphis putealibus alte, ſe dederunt. = [*l.* 6.] ſed etiam omnimodam fatuitatem, ut PAUL. ZACCH. [*Quaeſt. Med. Legal. l.* 2. *Tit.* 1. *quæſt.* 20.] fuſe demonſtrat.

illa naturae varietas, pro infinita locorum, temporum, & contagiorum varietate mutabilis; quandoquidem SYDENHAMIUS quoque valetudinarios, & cachecticos, nonnumquam viderit peſtiferis annis immunes. (*) Ut ne in his quidem perpetuum ullum, & conſtans medicinae praeceptum fore arbitremur.

§. X.

(1) *Loc. ſup. citatis.*

§. X.

De Contagiorum Materie, & Formatione.

184. NUnc tandem quae ſit in corpore contagiis origo, introſpicere neceſſe eſt; nempe qua humorum intus materie in viſceribus, aut vaſis corporata conſiſtant.

185. Principio autem illud vehementer reputare neceſſe eſt, illam quae animantum dicitur vita, coaleſcere prae primis motu, & calore. Perinde autem eſt calore primitus motum cieri, aut calorem motu conſentias. (*) Eo miniſterio concepta viſceribus alimenta, miris modis digeſta, diduci in membra atque artus: quodque praecipuum & ſummum eſt, vi illa vitae, quam energiam vocant, ex molimine conſpirantium omnium, praeſertim intimiore illo elementorum conatu, atque attritu, quem motum nominant inteſtinum, aſſimilata eadem, in individuam corporis verti naturam, fereque in vivum animal coaleſcere.

186. Illud autem ſeu vitae vigentis lege, ſeu naturae neceſſitate firmatum eſt, ut idem in corpore nil perſtet diu: quapropter jugifluo vitae motu, atque vi, ſimul intus multa novari, ſimul eadem veteraſcere cognitum eſt: eodem enim ritu hinc aſſimilata, hinc diſſlata materie, corpus deteritur, & ſarcitur. Aſſimilatum autem quidquid eſt in tenuem, volatilemque animalis ſubſtantiae naturam, diſſlari penitus neceſſe eſt,

aut

(*) *Hoc utique loco.*

aut corrumpi. Quapropter aſſidua quoque manantium exhalatione, animale corpus olidum ſpirat: natura porro ſubſtantiae tam certa, ut & generis ſpeciem, & individuam corporis indolem, expirationibus contineri ſit manifeſtum.

187. Num liceat hunc ſpecie nebulae, aut fumi manare de corporibus viſum, vaporem animalem, atque etiam expanſilem nominare? Equidem tale aliquid etiam alias indicatum ab authoribus ſcimus; & reputanti multa ſuper animatorum phaenomenis, quae nec poteſtas nervorum, nec mechanica vis potentiarum ſatis extricet, ſubire animum nonnumquam viſa eſt cogitatio, latere adhuc aliquid in interiore hac iſta corporis oeconomia, nondum e tenebris evolutum. Praeſertim vero quum illa viventis materiae conditio, quae *animalitas* nominatur, non uſque adeo certis praefinita adhuc terminis videatur.

188. Utique phyſiologi hactenus extremum hunc mechanicae poteſtatis effectum, quo tenuata corporis elementa in auras funduntur; tenue quid, perſpirabile, *volatile foetidum* nominaverunt. Utique qui degeneres nuper ab aere vapores in corpore propoſuerunt, *mephiticos*, *fixos*, *phlogiſticos*, non longe a quaeſitis abludere videantur: ſed viderint deinde num in his iſtis animalitatis etiam rationem conſtituamus; num non eſſe aliquam interius in horum miniſterio expanſilem diſtractilemque, aut humoris, aut vaporis vim fateamur.

189. Profecto ſunt quaedam ſuper his, & ſuperiore aevo, & recenter prolata curioſius: ſed progredi vetat hactenus ſummorum hominum authoritas, & arcanae

rei

T saepe]

rei reverentia; quum magnus HALLERUS vaporatum aliquid e ſanguine exhalans, vocare tamen *halitum*, quam vaporem, maluerit, & ſanguinem in arteria cadaveris, a *pellucido liquore* protrudi; (*) quum magnus SENACIUS expanſile aliquid e ſanguine erumpens, fortuitis magis permutationibus, quam regnanti intus vapori tribuendum putarit; nec quicquam tale in ſanguine contineri conceſſerit; (**) quum ea quae WILSONIUS nuper in hanc rem recitavit, nondum ſint uno ſapientum ore, & conſenſu firmata. (***)

190. Equidem quum mira multa in animali verſantur natura, tum illud praecipue, ut qua corporis parte aut humor funditur, aut animalis vapor expirat, ea proprium & ſingulare quid oleant. Propterea quot ſunt in corpore humores, unguina, ſucci, tum viſcera, cavitates, organa, ſedes, tot & vaporum ſingulares halitus ſpirant. Atque hi non modo per genera, & ſpecies viventum, ſed in quoque corpore per aetates, & ſexus, & pro vitae genere in ſingulis multiformiter variant, & multis etiam de cauſſis mutantur.

191. Atqui tot olentia corporum ſpiramenta, ut ab uno feruntur fonte, ſic in olidum tandem unum coaleſcunt: ſingularis enim unaque habetur univerſi corcorporis expiratio, quae & ſpeciem generis, & individuam cujuſque corporis ſpirationem ſagientibus repraeeſentat. Atque haec iſta quidem vivi corporis per va-

(*) *Primum Phyſiol. L. 5. Sect. 2. §. 4. alterum lib. 6. Sect. 2. §. 2.*

(**) *Struct. du Coeur L. 2. ch. 4. §. 4.* Sed tamen *Vid.* etiam *ibid. Livr. 3. ch. 4. §. 13.*

(***) *Vid. loc. cit. retr. ad Not. 17.*

valetudinem certa, conſtans, & perpeti fluxu manans expiratio conſiſtit.

192. At animal ſi morbo rapitur, omnia mutantur; ne ipſa quidem corporis purgamenta, nec anima jam idem olidum expirant: vertuntur omnia pro morbo, per loca corporis, aut univerſim, aut in ſingulis. Nonnumquam non magnum ulcus in cute, ſaepius alae, aut gingivarum ſordes, obſcoenum expirant nidorem. Quae omnia tandem difflata vi vitae, abeunte motu, nullis tamen in corpus ſuccedentibus, mirifice rurſum mutantur, ſpiratque ſuo quoque ritu cadaver in univerſum, & per ſingula.

193. Sed vivo corpore, aut recens extincto, is ille vapor emanans in proximum, quoſcumque attigerit, praehendit facile, & tenet: tum brevi inſinuatus in intima, affinitate locorum, identitate naturae, miſcetur ſimilibus, humores, nervos pervadit, congenerem vitae partem, vaporem, ſpiritum mavis, afflatu peſtilentis aurae, & pari labe contaminat; contagem jure nominaverunt.

194. Eſt equidem vis eadem in multis, maximeque quae tenui volatilique conſtant natura, attactu adhaerent corporibus, affinitate proſerpunt, miſcentur, cohaerent in unum; ut quidquid praevalet, vincit, aut vincitur. Praecipueque avolantes moleculae, inconſpicua elementa, e corpore in corpus rapiuntur. Quapropter etiam inter ſanos effoeta corpora, proditum eſt vigentium afflatu mirifice recreari. Et plantas etiam notatum eſt, alias vicinitate mutua laetari pene, & grandeſcere, alias tamquam faſcino contabefactas perire: ſed Lanios vide-

re

re eſt in lanienis, non eſu tantum, ſed halatu quoque animalium athomorum, quam facillime ſaginari. (71)

195. Ergo non alte petita, non demiſſa coelo, nec evecta ab inferis, nec ab aere promanans contagiorum natura, derivanda eſt: ſed ex animali ducta progenie, vi ipſa vitae, ex interiore vitae elemento, calore, motu, quidquid difflabile factum eſt, ſi expiratione, motu prohibitum, denſatum intus coaluit, aut intimiore partium attritione attenuatius, penetrantius evaſit, diſſociata, aut mutata elementorum compage, ſervata quidem natura, viribus auctis, explicatiſque, in contagem degenerat.

196. Fere autem nec magno negotio, nec longâ molitione naturae, quicquid intus in animalem indolem evectum eſt, in putidum etiam, putre quod vocant, & contagioſum mutatur. Quo enim motu fluentia cientur in corpore, directum aut projectilem nominant; eo ſi omnia arceri a putredine fateare, eodem etiam vitam ſanitatemque contineri, concedas oportet. Ut tamen non eodem ritu & putredinem arceri, & ſanitatem augeri credendum ſit: quo enim vis vitae intenditur magis, eo etiam animalis natura & robori propior, & putredini reputatur. (72)

197.

(71) De vi inſtaurante expirationum juvenilium *Vid. Not.* 78. Lanios vero quod attinet, & haec vera ſunt, quae hic annotantur; nec ea tamen repugnant his, quae de Lanionum morbis CHRIST. MICH. ADOLPHUS propoſuit: utique enim ſi non e recenti carne, ſed ex putidis, & corruptis animalium ſubſtantiis foedos vapores recipiant, in graves & difficiles morbos incurrant, oportet. [*Diſſert. de Aer. Aqu. & Loc. Lipſ.*] Sed ſunt ex adverſo aliorum ſcriptorum teſtimonia, quae lanios, cetarios, cupedinarios, &c. animalium ſubſtantiarum halitu mirifice recreari confirmant.

(72) Undecumque ſit motus, & calor in corpore; [non

197. Jam is ipſe motus, ſi in inteſtinum convertitur, computreſcere prompte ſingula facile intelligas, nem-

enim hoc loco quicquam iſtud attinet ſcire] illud maxime neceſſe eſt intelligere; dum vita viget, quoſdam eſſe motus, quoſdam caloris in corpore effectus maxime neceſſarios, ut qui a ſuis cauſſis ſeparari, & abeſſe nullo modo poſſint

Ea nempe eſt humorum, & animalis materiae conditio, phlogiſton, ſeu quidquid illud tandem eſt; ut quum a vi vitae ſubacta perfectaque eſt, aeque calorem, aeque quietem refugiat; quorum alterum volatilem, alterum corruptibilem vim nominamus. Fere enim quidquid volatile eſt, ideo enititur quaquaverſum, ut effugiat, quod ſuſtinere vim caloris, atque adeo ignis non poſſit. Quapropter etiam ſub minimo caloris gradu, evolare aliquid de vivo corpore neceſſe eſt, aut eniti.

Corruptibilem autem animalis eſſe materiem, credibile eſt, quod illa ex contrariis principiis, vi motus vitali comparata, coacervatio magis quam mixtio, non poteſt dudum ſine agitatione & motu conſiſtere. Quapropter, ceſſante motu, diſſidio ipſo, ſeceſſioneque repugnantium invicem elementorum, fit illa aggregati humoris perturbatio, exſolutioque, a qua proximus eſt ad putredinem gradus: quem caſum, etiam minimus, vel ſubinde evolutus calor, mirifice juvat.

Nituntur igitur humores magna vi continenter, calore loci, & diſparitate principiorum cogente, ut diſſociato nexu, exſolvantur in putre. Ne autem aliquando ſubſiſtat humor in loco, facit illa aſſidue vis, evibratioque vaſorum, qui motus projectilis vocari ſolet; quo ſimul ſubactio, permixtioque elementorum, ſimul extenuati vaporis evolatio perficitur. Proin jure computreſcereh umores, in vivo corpore, negatum eſt, quod ſtagnare eoſdem alicubi, & in ſe ipſis eſſe, & conquieſcere omnino, quamquam minima, vita non ſinit.

Jam ſpiraminibus extus coactis, obſtructis, vel humoris item multitudine, denſitate, concitatione, quamquam vitali cogente motu, poteſt tamen expiratio non ſequi; poteſt is humor retentus intus, aut revocatus, coacervari, maxime ſi vim vitae & nervorum, vis admota quaevis confregit: quam poteſt aut aegra intus vis animi, aut exitiale ab extrinſeco virus peſſumdare.

Utcumque autem id factum eſt, quo expiratio minuitur magis, eo quoque, ſi integra vitae ſupereſt vis, & fervor intus, & concitato motu, febris accenditur. Plerumque autem, confracto nervorum robore, projectilis motus minuitur, ſed fervor

nempe degenerata alienari: nituntur enim haec ſuapte natura, ut vaneſcant in auras; igneum, an phlogiſton, incomperta elementa, quibus animalis ille expirans vapor conflatur, tamquam vitae importuna, quum a caeteris ſeceſſere, niſi expiraverint, ſana pervertunt, fermenti enim vires exſerunt, putroris elementa, tamquam etherogenea, nempe ab animali temperatione alienata, conſtituunt. Sive enim volatilitate demiſſa, ſive etiam motus permutata ratione, quum cohibita retinentur, nervos, & viſcera, adhaeſione, vellicatione, ſtimulo enervant; ſanguinem ipſum non impulſione atque impetu, ſed intimiore admixtione exſolvunt, & liquant in partes.

198. Fit etiam ut anguſtis ſpatiis incluſa diu, & iterata corporis expiratio, maximeque quae a pulmone protruditur, ambientem aerem vapore animali oneratum, ſic enim liceat appellare, aut phlogiſto contaminet, vertat in putrem, aut certe venenatam naturam, uſibus vitae non modo inutilem, ſed exitioſam. Non modo enim vitali recentis aeris pabulo privatum corpus, tabeſcit, ſed impura quoque ejus recrementa reſorpta iterum, irritatione vaſorum, nervorum, inquinatione ſanguinis, corpori noxam, hu-

intus ab retento volatili, [phlogiſto] hoc ipſo conſervet intimius; ſitque illa conterentium ſe invicem molecularum converberatio, quem motum nominant inteſtinum: quem juvari ſuperſtitis etiam vitae conatu neceſſe eſt. Quemadmodum igitur inteſtini motus vi, & calore, humores proxime computreſcunt; ſic projectili ad volatilem, atque adeo animalem naturam evehuntur: appoſiteque firmatum eſt. (hoc ipſo n. 196.) & vitali motu arceri omnia a putredine, & (n. ſeq. uſque ad 200.) hunc ipſum nonnumquam in putrificum, atque inteſtinum converti; nempe hoc ſuperante, accedere etiam de vitae viribus aliquid, ut exſolutum quicquid eſt, computreſcat.

humoribus labem, motibus tarditatem conciliant: alibilem vitae flammam, detracto alimento, perſtinguunt. Et quemadmodum pingui fomite flagrantes ignes, ſi dempto aere, aut injectis cineribus praefocantur, occultò intus fervore, & coecis ardoribus exteruntur; ſic in anguſto, & inquinato aere, vitalis flamma langueſcit primum, mox intercepta fulgoris alacritate, compreſſa intus conſervet magis, & putri humorum fervore marceſcit in tabum.

199. Conſervet autem compreſſa, aut revocata intus in corpore perſpiratio, primum glomerata vaporis multitudine, tum projectibili motu in inteſtinum, ac pene vorticoſum mutato; quo deteri magis vitale putridum, atque acui neceſſe eſt. Ergo ſingulari pene & ſpecifica vaporis ejus acritate evoluta, eliquari principio ſanguinem oportet, tum ipſam nervorum vim vehementer labefactari, & perire: nervis enim animali putrido, ſeu acre illud eſt, ſeu volatile foetidum, ſeu animale phlogiſton vocari convenit, nil aeque inimicum eſt, atque exitioſum.

200. Atque haec quidem hactenus evolventis ſe intus in corpore putroris ratio cenſenda eſt, ex animali ſubſtantia, phlogiſto, vapore, atque ipſo adeo vitae ſpiritu, inteſtini motus calore coaleſcentis. Quae ſi ad ultimum vitalitatis, atque adeo animalitatis gradum ſtagnatione, mora, cohobatione illa, & putridi motus calore evehi potuerunt, ut in novam unam, certam, perſtantem, ex animali putrore, phlogiſto, aut fermento, coaleſcant naturam, nil deerit quominus in certa emergant contagiorum principia; ut ſanis etiam cor-

corporibus affinitate cohaereant, lentore, viribus, tenacitate, potentia, in veras erumpant contages.

201. Quin illud quoque veri ſimillimum videri oportet, ut quemadmodum nativis corporum effluviis, certas ineſſe & individuas proprietatum notas, experimento canum ſagientium perſpicuum eſt, ut a ſimilibus ſimilium corporum emanationibus diſtingui poſſint. Sic & contagibus, & venenatis his corporum expirationibus, inſint perſtantes quaedam figurarum aut ſtigmatum formae, non modò adverſus caetera reſiſtentes, ſed determinatis etiam, certiſque & corporum naturis, & humorum qualitatibus, & locorum ſedibus, & temporibus accomodatae, pro ingenio, affinitate, potentia. Nec enim contagia minus, quam nativa corporum effluvia, ex animali ſubſtantia, vitali motuum conſpiratione, in lethiferam hanc contagis potentiam coaluerunt. Ut credere etiam fere neceſſe ſit, nativa illa & magna contagia, ſimul cum tenaci hac & perſtanti natura, etiam vim nocendi ab animali ipſa origine mutuari: nec ideo iis recipiendis apta vocari corpora, quod vitio laborent aliquo humorum atque partium; ſed ideo quaedam non affici, quod nativa funditus deſtituantur affinitate; aut pene etiam contraria, & averſa conſtent natura. Quae non inutilis futura ſit ſuper horum proprietatibus obſervatio.

202. Atque his de cauſſis ne illud quidem difficulter intelligas, quid cauſſae ſit, ut rapta in corpus contagia, & facile adhaereant, & ex mole minima, tamquam ſubita propagatione ſubſtantiae, adoleſcant pene in immenſum. Adhaerent enim pingui lentore quodam,

forte indiſcreta affinitate naturae: quum vero intus pervaſerint, attactu, commixtioneque ſimilium, non materiam porro mutant, ſed motum. Quo ritu in Chemicis, affuſo ſalis acore, turbantur liquida, diſſociata mixtorum elementa ſecedunt in partes, affinia affinibus copulantur, emergunt novae cohaerentium inter ſe poteſtates & vires. Sic contagiorum elementa commiſſa corpori, nervis quidem imbecillitatem, ſtuporem, *atoniam*, vi pene ſpecifica, inducunt, infuſa humoribus, viſceribus, vaſis, vi fermenti, putroris, miaſmatis, affinitate multiplici, putrificam contagis labem communicant, & late profundunt. Paratam enim hic illic, aſſimilemque effectu vitae materiem, intimiore partium attritione diſſociatam a reliquis, ad ſe trahunt, & ſui juris eſſe, & admixtione recentis, tamquam fermento, tenuari, exacui, aſſimilari in omnimodam contagionis acritatem compellunt.

203. Quemadmodum enim alternam eſſe in corporibus neceſſe eſt, inter nervos, & hanc animalis expirationis ſubſtantiam, & reciprocantem vim & energiam, ut cieantur invicem, & cieant: (73) ſic recepto intra corpus contagio, afflatu attactuque vaporis ejus, nervorum vis primo infringitur, tum niſu quoque & vibratione infracta fibrarum, materia ſimilis aſſimile quicquid intus eſt, ad ſe trahit, & ciet in motum; materiem non gignit, ſed excitat; nam intimiore motu evolutam, ſeceſſione excitatam, in ſe ipſam eſſet ſinit.

104.

(73) Oſtendunt id phaenomena, quibus docemur, ad nutum nervorum, ut in animi perturbationibus, mutari ſtatum perſpirationis; at ex adverſo cohibita intus perſpiratione, aut putidae vaporationis afflatu, nervos inſigniter labefactari.

104. Inter quae illud etiam vehementer ſuſpicere oportet, nil eſſe in natura mutandis rebus animalitate potentius; trahit enim ipſa in ſe vehementer quicquid eſt ex alibili ſucco; & novam materiem afflatu veteris vaporatam, nativis corporis qualitatibus imbuit; donec intimiore admixtione ſubactam, mutatam, in animalem vertit naturam. Proin recentia ex recentibus cibis, qui nihil ſaperent, corporis purgamenta, jam ſtatim animale olidum ſpirant: multoque etiam magis per morbos, accenſus praeter naturam calor, activum, mobile quicquid eſt, in acre putridum volatile concitat, & vehementer extrudit: quo ipſo per febres corpora graviter olent, & ſemiputrida recrementa profundunt.

205. Sed multo etiam gravius, ſi altius adhaeſit vis morbi, confervent intus cuncta in putrorem. Nam per malignas febres, & peſtes, facile videas, quum virus nervos momordit, imminuto vaſorum niſu, aucta putreſcentium intimiore illa concitatione & attritu, ferveſcere intus flammam, quae foris nihil apparet; & putrificum illum acritatis calorem, ne in cadaveribus quidem facile extingui.

206. Diſtare enim jam ſatis cognitum eſt calorem vitae, a motu mechanico vaſorum exiſtentem, & calorem morbi, ab intimiore molecularum attritione: quem putrifici caloris motum concitari in humoribus neceſſe eſt, contagio aſſimilem ſibi materiem ab nativis humoribus abſtrahente. (74) Quamquam enim communi

(74) Quin veri admodum ſimile eſt, haec omnia, quae in evolutione contagis contingunt, fieri ſimplici motus directi in

origine, & natura funditus conſtant: tamen pro modo rei, pro qualitate, atque ſenſu, inter ſe plurimum diſcrepant. Quod indicatum ab veteribus, ſera tamdem poſteritas revocavit, & recentium ſagacitas plane conſtituit.

§. XI.

intimum mutatione; nempe illapſu contagis in nervos, in fibras, ſingulari & ſpecifica miaſmatis ejus poteſtate, nervi fatiſcunt, & concidunt, ac fere obſtupeſcunt: animalis ille halitus quaſſatione cordis, & niſu arteriarum imminuto, quamprimum ſubſidet, retrovertitur ab extimis intro, cumulatur in vaſis: calore interim nondum imminuto, quin materie quoque ejus cumulata, putrificus intus cum inteſtino motu fervor enaſcitur; evolvitur intus contagioſi putroris materia, & augeſcit: quae enim non potuit, vi projectionis imminuta, difflari, repreſſa intus, putreſcit magis: projectili enim motu perfici fluida, & ſupervacua exturbari, interiore conſervere, & computreſcere certum eſt. [*ut Not.* 72.]

§. XI.

De Contagiorum differentiis in genere.

207. Atque haec iſta quidem quum vera eſſe profiteamur, ut contagia ex animali materie in ipſis corporibus coagmentari credamus; tum illud etiam conſequitur, ut variare eadem per genera quoque animantium, & per diſſita terrarum intervalla neceſſe ſit: quemadmodum enim viventum conſtitutiones temperatione corporum varia, & vivendi genere, & proprietatibus plurimum diſtant; ſic in ſuo quaeque genere pro conditione locorum varia, per regiones ſingulas multiformiter variant. Vere enim dictum eſt ab HIPPOCR. (*) animalia non minus quam arbores, atque herbas, proprietates locorum, pro varietate ſoli atque coeli vehementer ſentire. (75)

208. Proin eſſe varia pro varietate regionum, non modo genera & proprietates morborum, ſed corporum quoque habitudines, vires, naturas, pro varia elementorum quantitate, mixtione, viribus, proportione, ex quibus quaeque coaluerunt; ut etiam morbos neceſſe ſit, ſeu vi cauſſarum, ſeu ſpontanea corporum per-

(*) *De Aer. Aq. & Loc.*]

(75) Similia his ac pene eadem docuerat ARISTOTELES, tum alii deinceps, etiam inter modernos, philoſophi; quos inter celeberr. hac aetate BAILLY, eamdem ſententiam ſic paucis expreſſit. = *Le climat maîtriſe les êtres par la température, & les idées par le caractère qu' il impoſe aux peuples.* = *Lettr. ſur l' Atlantide de Platon &c. p.* 115.

perverſione, alios aliis in eodem genere, per loca terrarum multiformiter diſcrepare.

209. Ergo prout corpora ſunt, ſic humores quoque intus, & manantia extus miaſmata oportet variatis viribus, pro varia temperatione ingraveſcere: quare univerſis ad Auſtrum, ad Occaſum, ad Boream barbarorum & Nomadum gentibus, eſſe proprias conſtat naturas, & ſingulares ſingulis expirationes, poedore, ſitu, & ſilveſtri quadam odoris feritate graviſſimas, ut quorum contubernio cultiores hominum ſenſus vehementer labefactari conſueſcant. (76) Hinc proprias his eſſe peſtes, & morborum contages notatum eſt, eaſque univerſim pro eadem conditione cauſſarum varias, atque multiplices, ſaevitie, viribus, duratione, locorum conditionibus reſpondentes; atque adeo ſub miti coelo, & ſalubri regionum temperatione mitiſſimas.

210. Nempe quum corpora ſint locis reſpondentia, contages quoque fore varias oportet, quae iiſdem corporibus debeantur: eaſdem autem habituras iterum effectus quales, & cauſſae caeterae, & circumſtantium extrinſecus conditiones permiſerint, locorum, aeris, tempeſtatum, atque coeli. Propterea in hyperboreis, repugnante coelo, raras, ſi quando id vicerint, ſaeviſſimas fore peſtilitates: eaſdem ſub torrido coelo graves,

(76) De Acadienſibus, Hottentotis, Lapponibus, Samojedis, Nigritis, plurimiſque aliis per orbem gentibus, uno ſcriptorum conſenſu relatum eſt, earumdem corpora, etiam in diſtans, ſingulari in ſingulis modo, & quam graviſſime olere. [*Hiſt. des Voyag. paſſim*] Notabile autem ſuper his documentum a RHASI poſitum eſt, qui *Aethyopum foetorem peſtem adaugere*, dixit, nec tuto cum illis converſari, aut domi retinere licere. [*Tract.* 17. *c.* 6.]

ves, aeque ac frequentes: nempe quod illic coelum vehementer reſiſtat, iſtic corpora quoque concipiendis contagibus maxime faveant..

211. Revera per longas obſervationes illud quoque compertum eſt graviſſimis aevi noſtri ſcriptoribus, peſtilitatum vera contagia, Europae coelo atque terris omnino aliena cenſeri; nec peſtes ullas in Europa umquam viſas, niſi traducto aliunde contagio; nec ea contagia ſub hoc coelo poſſe conflari: proin peſtes familiares Aegypto, Aethyopibus indigenas & nativas haberi; opportunis eo coelo locis, & parata perpetuo materie, tamquam e promptuario, etiam in diſſitos exſilire: nec aliam haberi in terris Variolarum, Morbillorum, & verae peſtis originem.

212. Habemus autem conſentientes in haec pene coaevos MEADIUM, LANCISIUM, RAMAZZINIUM, SYDENHAMIUM, atque ipſum, poſt multa, Swietenium; ut omnino tandem credamus, graviſſima & magna, quae ſunt cumque contagia, ſuis quaeque terrarum regionibus, prout corporum, & locorum ſunt conditiones, ex animali materie perpetuo germinare, & progigni. Quapropter etiam in Europa, mitiore coelo, librata corporum, & cauſſarum omnium temperatione, contagia ſaepe exoriri, & paſſim vulgari; ſed eadem levia, & fortuita, & facile evanida: quae nempe peſtilentes utique morbos, peſtem vero ipſam, Variolas, & quae ſunt caetera perſtantia magnorum contagiorum miaſmata, numquam produxerint. Omnino peſtes Europae exoticas, Aethyopum ter-

ris indigenas & nativas haberi; (77) Contagia rurſum, pro locis varia, animalis tantum naturae propria eſſe oportere.

213.

(77) Quum certum pene ſit apud omnes peſtem, variolas, & caetera magna contagia Europaei coelo exotica cenſeri oportere; tum illud noudum penitus firmatum eſt univerſim, cui ſolo propria & indigena ſint reputanda. Utique enim convenit ad Europam moveri peſtes ab auſtro; ſed multis Aegyptum graviter accuſantibus, tamquam malorum omnium feracem, MEADIUS notitiam, rerum a veteri hiſtoria mutuatus, & ſingularem regionum illarum conditionem diligentiſſime ſpeculatus, non equidem excuſata Aegypto, Aethyopes quoque in ſocietatem culpae perduxit; profeſſus iterato, non unice in Aethyopia, ſed in Aethyopia, *aut Aegypto* peſtes progigni, indeque per commercia cum reliquis gentibus communicari. [*De Peſte Part. I. c.* 1. 2.] Cujus ego viri doctrinam atque aciem quum vehementer ſuſpicio, atque veneror, tum non poſſum tamen in hoc ab illa opinione diſcedere, ut credam peſtes alibi, quam apud Aethyopes generari. Permoveor enim quem maxime authoritate THUCIDIDIS, qui athenienſem peſtem illam, ſaepius citatam; tum PROGOPII [*De Bell. Perſ. l.* 2. *c.* 12.] & EVAGRII, [*Hiſt. Eccleſiaſt. t.* 4. *c.* 2.] qui Byzantinam illam poſt natos homines maximam, ſaec. VI. Juſtin. imperante, ab ann. 543. duobus & quinquaginta annis toto orbe debacchantem; tum OROSII, qui aliam Gallo & Voluſ. principibus; quas ſingulas ſinguli manaſſe ab Aethyopum terris abunde, & perſpicue teſtantur. Accedit etiam authoritas Proſperi ALPINI, qui in Aegypto multos annos verſatus, indigenam tamen Aegypto peſtem non eſt auſus teſtari. [*de Medic. Aegyptior. c.* 13.] Praeſertim quum fide omnium pene ſcriptorum teſtatum ſit, Aegyptios ipſos peſtem ſibi alienigenam reputare, eamque quae ab Aethyopia procedat, multo ſaeviſſimam omnium, quae a Syria, aut aliunde proceſſerint, ſibi videri. [*id. l. c. cap.* 16.]

Sed vincit omnia ſingulorum hactenus teſtimonia, eruditiſſimi aeque ac docti viri TARGIONII, perſpecta induſtria atque fides; qui collectis omnibus, ex priſcis aeque ac modernis ſcriptoribus, atque ex omni memoria, hiſtoriarum monumentis, [*Della Valdiniev. P.* 7. *Diſſ. ſopra l' Egitt.*] illud tandem firmaſſe penitus viſus eſt, deeſſe Aegypto, etiam Turca-

213. Fere autem ſive a nervis, ſive ab interiore animalis vitae ſubſtantia, promanat ille, ſpecifico nidore ſe prodens vapor, iſque ſive electro, ſeu phlogiſto, & igne conflatur, animalis vitae ſpiritus rector; eſſe tamen hunc ſeu copia, ſeu vi potentiorem, pro coelo atque ſolo, pro caetera cauſſarum congerie, illud quoque demonſtrat, quod & vitae, & morborum, & putroris phaenomena multo eſſe alicubi, praeſertimque in Auſtralibus & Meridianis, quam alibi, vehementiora oſtenduntur; ut iiſdem locis & certa conſtent origine, & perſtanti natura durent ab aevo. Propter quae ex puriſſima elementorum materie, ultima vitae vi, ſingulari atque ineffabili conſpiratione cauſſarum, coaluiſſe eadem ex animali natura, tamquam in tabificum germen, & genitales peſtis igniculos credendum eſt: ut eadem inſinuata cnrporibus, pro varia obeuntium intus elementorum mixtione, viribus, temperatione, ſerius,

tum incuria jam tabeſcenti, gignundae peſtis cauſſas potiſſimas, eadem Aethyopibus ſupereſſe; quorum regio, praepingui ſolo, immanibus, & maxime diuturnis pluviarum imbribus macerata, tum vehementiſſimo ſolis ardore percocta, computreſcat in annos oportet. Quapropter utemur utique veteri, poſt THUCID., LUCRETII quoque, GALENI, MAX. TYRII, & AMM. MARCELLINI authoritate, qui eamdem illam Athenienſ. peſtem, tum recenti JUNKERI, STAHLII, WERLOPHII, qui caeteras deinde omnes, Aethyopibus rribuendas eſſe contendunt. Nec concedemus in his quicquam HOFFMANNO, Mich. ADOLPHO, ARBUTHNOTIO, &c. & ejuſmodi quamquam doctiſſimis, qui peſtem Aegypto non modo indigenam, ſed etiam endemiam eſſe velint: praeſertim quum, afflictis Aegypti rebus, deeſſe tamen hactenus peſtis cauſſas appareat, ut paullo ante indicatum eſt; & jam olim eadem florente ſub regibus feliciſſimo cultu, & beata coeli temperatione, Thucidideam tamen illam extitiſſe, & pleraſque alias, compertum ſit apud omnes. [*De Origine Variolarum Vid. Not.* 85.]

rius, ocyus vadentia, vel geminum ritu evoluta, vel vi fermenti eliquata, materie excepta, vel vi naturae communicata ſimilibus, non emergant modo, ſed auctis viribus & copia invaleſcant.

214. Eſſe autem id mirum in his perſtantis naturae teſtimonium oportet, quod nec ſpatio vincantur, nec mora, nec tranſitione degenerent; ſed iiſdem ſemper ex aequo viribus, eaſdem morborum labes inducant. Num eſſe vim quamdam vitae inorganicam fateamur in bruta materie? aut eſſe in multis latentia quaedam *organitatis* primordia? materie per varios permutationum gradus ad *organitatem*, & vitalitatem proprovecta?

215. Equidem ex coacti juris, (quas gelatinas nominant) vibratili quadam mobilitate, apparuiſſe manifeſta ſibi *irritabilitatis* principia HALLERUS ipſe teſtatur, firmatumque eſt acutiore etiam nuperorum quorumdam ſagacitate; ut vitam quoque, hac iſta vi vitae aſſidua, excitari paullatim, credibile ſit, in bruta materie. (78) Fere autem ſic impreſſa vis vitae, etiam avo-

(78) Sit venia novae rei inaudito vocabulo (*organitatis*): ſunt enim multa in natura, quae latere ſingulare aliquid in animali materie, vehementer demonſtrant. HALLERUM equidem novimus, (*Phyſiol. lib.* 5. *Sect.* 3 §. 3.) gelatinam tremulum gelu appellaſſe; ut ex vibratili ejus mobilitate videatur alicubi futurae fibrarum *irritabilitatis* rationem pene deducere. (*Id. lib.* 1. *Sect.* 1. *& alib.*) Sed extat docti Viri atque ſtrenui tentatum nuper experimentum; qui quum carioſas ex veteri codice membranas ovilli corii, quas *Pergamenas* appellant, ex aqua diu decoxiſſet, lenteque coegiſſet in gelu, vidit exciſam in fruſta, incredibili quadam pernicitate mobilitatis tremiſcere intimius in minimis; & tamquam enitentibus, vel concientibus ſe invicem elementis, ſubſilire; ut mirum ſit

avolantibus de corpore elementis perſiſtit, & durat diu: ut ab iſta, & contagionis ratio excitandae, & propagandae facultas ſit derivanda.

216. Num vero contagia eadem multiplicari credamus? an incomprehenſibili molecularum tenuitate evoluta, explicari in omnem animalis late compagem?

217. Equidem ſecluſa ab aere, & coacervata dudum intra fomitem contagiorum elementa, quum primum eruperunt, viſa ſunt contagem nonnumquam late in vicinos fudiſſe; proximos porro repente, ritu fulguris interemiſſe. (79) Poſſe autem talia in corporibus vi vitae atque coeli, ineffabili tenuitate athomorum coagmentata, & mira prorſus naturae tenacitate conſiſtere, docent Zibetae & Moſchi tabus, & viroſam caſtorei purgamenta; quorum tanta in nidore vis eſt ad olfactum, quanta in contagiis ad necem.

218. Difficile autem dictu eſt, utra ſit in utris pertinacior vis & poteſtas; niſi forte illud placet fateri, beſtiarum ea purgamenta, & diuturniora, & ſecundum naturam videri, quod ſanis corporibus, intimiore miniſterio parata innaſcantur: Contages has iſtas, quod vi-

in nulla praeterea re ſimile quicquam obſervari. Quapropter qui organicas BUFFONII moleculas negant, videant quid de hac iſta quoque, quae ſenſu percipitur, animalis materiae proprietate, conſtituant.

(79) Relatum eſt pluries in religandis ſarcinis, quae incluſam intus contagem conveherent, vaporem illum, fortaſſe mora, & anguſtia loci aſperatum, tanta vi erupiſſe, ut adſtantes momento enecaret; diffuſum autem latius etiam in remotos peſtem vulgaſſe. Valent autem haec de veris contagiis; nam peſtem ab aliis vaporibus, quicumque ſint, ut jam ante indicatum eſt, credimus excitari, aut propagari non poſſe. Sed de his vid. ſuſ. Not. ſeq.

vitae morbo contingant, lethiferas porro, ſed praecoci tamen, & citius evanida poteſtate cenſeri.

219. Sed quidquid id eſt, eſſe hanc iſtam *contagitatis* vim & poteſtatem in animali ſubſtantia, ex prima organicae vitalitatis origine, ad prima putrefactionis ſtadia putandum eſt: nam eâdem iterata, provecta, materie rurſum intimiore motus attritione attenuata, defaecataque, perit iterum cum nativo illo lentore tenacitas, emergit nova, miraque vis virulentiae; namque ultimus hic ille vapor, aut ſpiritus, nervis immiſſus, momento, tamquam de coelo tacta corpora extinguit: quod recluſo dudum veteri abſumptorum cadaverum tabo, aeque ac ex mephitico fodinarum vapore, aut aethereo fulminis afflatu certum eſt contigiſſe.

220. Ergo ex alibili vitae ſucco, atque ſanguine evolutus vapor, quicumque eſt, vi vitae in animalem, (volatile foetidum) concretus naturam, ſi forte intentiore vitae vi provectus nimium, aut degeneri motu, interiore fermentationis attritione computruit, primum in contagioſam-vertit naturam: quae pro vario vitalitatis aut animalitatis gradu, & materie vi, in levem iſtam fortuitae, atque adeo indigenae, aut in praevalidum illam nativae atque exoticae contagionis naturam coaleſcit.

221. Eadem contages aperto aeri commiſſa, admixtione ejus facile extenuata, & perſoluta reſtinguitur: eadem excepta fomite, ſecluſa ab aere, fermentatione & exhalatione prohibita, ſervatur facile viribus integris, & durat diu, atque etiam acuitur magis.

222. Atque haec contagis natura in animali vivo

evo-

evoluta, in extinċto etiam uſque ad provecta putrefactionis, quam putridam vocant fermentationem, ſtadia perdurat, dum omnis deferveat in marceſcente materie vitalitas: illa enim ſpatio temporis exantlata, aut pene exacto putriditatis humore, ſuperſtes vapor, conferveſcens intimius, conteritur magis, iterata fermentatione exacuitur; maxime ſi ampliore ſpatio, ut cavearum cuniculis evagatus, admixtione aliqua aeris, diſcrepantium lucta, & contritione athomorum, conferbuit in acriorem naturam. Nam exſoluto veteri molecularum connubio, amiſſa vi contagionis, extenuatus in ſpiritum, fit verum de contagio venenum, expirat in ſubitum exitiale virus, quale de vetuſtis ſepulchrorum latibulis ſaepius exiluiſſe compertum eſt. (80)

223.

(80) Ne difficultatem, aut dubitationem aliquam faciant quae variis locis, & praeſertim n. 5ſ. 160. 217. & hoc ipſo 222. de vi & effectibus vaporum, halituum, expirationum alicunde erumpentium dicta ſunt, poſſunt omnia quae ad varias eorum facultates pertinent, paucis concludi.

1.° ad n. 160. Ab terrenis, aqueis, aereis qui attolluntur vapores, aut ſpiritus, habere vim rationemque venenatae naturae, quae aſpirans in corpora, mortem, aut morbos, qui maxime a nervis pendent, inducat; tum malignos etiam, atque putridos, ſi illa invicem computruerint. Sed contagia & contagiorum effectus, non poſſe excitari, niſi ab his, quae naſcuntur a phlogiſto animali, ad ſummum animalitatis evecto. Contagia enim non poſſunt gigni niſi a contagio; nempe ab animali materie ad contagii proprietates provecta.

2.° ad n. 217. Ea vero quae ſunt vera peſtis contagia, ſi quando aut magna copia, aut magna ſubito vi ex anguſto loco in corpus eruperint, ea certe poterunt non modo peſtem, ſed etiam ſubitam mortem inferre: habent enim vim nervis vehementiſſime infenſam. Quo ritu de religatis ſarcinis, quae peſtem conveherent, ex anguſto, quo nempe abſque aere, modico ſpatio ſtagnavit, in apertum erumpens contagium, adſtantes perimere ſubito potuit. Idem provectum ſpatio, & admixtione aliqua aeris extenuatum pauliſper, potuit vicinos

223. Quo ritu percocta ſolibus uvarum liquamina, expreſſa in muſtum, fervore primo evolventis ſe intro ſpi-

etiam peſte tentare; nempe ſi ante apto corpori adhaeſit, quam potuerit aeris interfuſione debilitari, & extingui.

3.° ad n. 222. At eadem illa contagia, ſi admixta aeri, clauſo loco, ultima fermentatione, conferveſcendo, diu multumque extabuerint, eadem credibile eſt, ammiſſo contagis effectu, in vehemens ſubitumque, fereque omnium teterrimum venenum evaſiſſe. Quapropter non modo a non contagioſis poſſe confieri peſtem negamus, ſed ne a peſtiferis quidem dabimus, ſi, ut in ſepulchris, diuturna fermentatione in ultimam illam venenati ſpiritus auram extenuari potuerint: nec enim ullis umquam ſatis certis experimentis probatum eſt, e vetuſtis peſtiferorum ſepulchris redivivam peſtem extitiſſe. Proin illa quoque exempla haberi fruſtra maximam partem putamus, quae vulgo & paſſim afferuntur. Namque in vetuſtis puteis, cryptis, fodinis, maximeque in ſepulchris, qui incaute deſcenderint, momento interemptos, & credimus, & nimis multis periculis comprobatum eſt. Sed Balenam immenſae molis, in littore belgico computreſcentem, ſparſiſſe peſtem, referentibus multis, [*PAUL. ZACCH.*, *SAUVAG.*, *ARBUTHN.*, *HAGUENOT.*, *TARGION.*] & quamplurimis ex PAREO [*lib. X. c.* 13.], ex GEORG. AGRIC. [*de Peſt. l.* 1.], & P. FOREST. [*Obſ. l.* 6.], nemo ſatis probavit: & ea falſa ſunt quae KIRKERIUS [*Scrutin. Peſt. c.* 3.] propoſuit; peſtem Aegypto familiarem, Nilo deberi, Crocodilorum cadavera in campos paſſim egerenti. Et ea rurſum temperanter intelligenda ſunt, quae idem PAREUS [*l. cit.*] narrat de puteo *Penenſi*, in quo conjecta poſt pugnam [ann. 1552.] caeſorum cadavera, profuſo late ad *decem leucas* vapore, complura adhuc hominum millia morbis, & morti dederunt: credibile enim, fereque perſpicuum eſt, malignos putridoſque morbos ea de cauſſa extitiſſe, non peſtem,

Confirmor autem in his potiſſimum authoritate Clariſſimorum POISSONIER, GEOFFROY, LORRIS, MACQUER, DESPERRIERES, de HORNE, MICHEL, & VICQ-D'AZIR, quorum celebritate, & doctrina, inſtitutae nuper Pariſiis Reg. Societ. Medicae ſtat decus, & augeſcit in dies: qui dato nuper ad Melitentem Legatum reſponſo, ſuper putridorum miaſmatum poteſtate, inter egregia multa, illud quoque attulerunt; effoſſum (*a Corbeil*) matronae cadaver, quae ante annum Variolarum morbo occubuerat, eos ſpiritus

ſpiritus, clareſcunt in vinum; vaporatum vivida & ignea humoris & ſpiritus alacritate: id ipſum in novos aeſtus novo fervore incitatum, & flammeo vapore obvoluto, in acetum aſperatur, penetrabili tenuitate & ſpiritu mirum; quo vaneſcente, in vappam tandem obſoleſcit.

224. Num illud perpetua naturae lege firmatum eſt, ex aſſidua illa rerum permutatione, & vitae viciſſitudine, in eadem tandem redire corpora, ex quibus coaluerunt? Nempe inviſibili elementorum coalitione in organicam vitalitatem evecta materies, concepto motu enititur quaquaverſum, donec victa affinitate ſimilium, ex compagibus corporis evoluta in apertum, in commune iterum cahos evaneſcit. Ut eſſe hunc iſtum perpetuum in natura, ad *organitatem* & vitam, materiae conatum, omnino cogamur fateri: hunc ipſum per varios aſſidue gradus, ex animali machinatione provectum, naturae vi ipſa urgeri aſſidue, atque impelli, ut tandem perfuncto munere, exſoluta iterum compage evaneſcat.

225. In quo admirari hanc iſtam quoque naturae legem neceſſe eſt, quod in animalem *organitatem* evecta materies, quum proprio corpori inimica eſt, tum afflatu, aut commixtione poteſt affini, aut etiam effoeto prodeſſe: eadem retenta diu, provecta vehementius, acui-

emiſiſſe, qui adſtantibus, aliis ſyncopes, aliis mortem ſubito attulerint: unum ex omnibus Architectum deinde in variolas incidiſſe. Ut appareat, ex contagioſo cadavere, & veneni vim, & contagem expiraſſe: nempe ex putrifica cadaveris fermentatione, vaporem ſpiritus venenati; immutatam variolarum contagem, ex fomite, ut credere neceſſe eſt, indumentorum atque veſtium.

acuitur, & tamquam ranceſcendo alienata, & proprio unde eſt, corpori, & ſimilibus acriter nocet. Eadem e proprio tamquam fonte, caloris pulſu & motu incitata, ſimilibus haeret vehementer, & ſimili labe pervertit; quae a primo veluti putroris gradu, ex vivo corpore, aut adhuc recens enecto, contages viva merito vocari poſſit. (81) Putrefactione autem cadaveris altius provecta, perit illa contagibus *organitatis* vitalitas, aut quidquid id eſt, ex animali viſcido, ad ſpontaneos motus alacre ac promptum; ut extenuata, exſolutaque compage, peſtilens vapor in ſubitum teterrimumque virus vertatur. (82)

226.

(81) Exempla ſunt in natura certa & complura: primum vero non repugnat alacrem ex vivido corpore expirantem halitum, poſſe languenti, aut effoeto per ſenium prodeſſe; habet enim blandum neſcio quid, roridum, molle, actuoſum vegeti corporis expiratio, quod poſſit effoetas in ſenio vires, vappidos ſuccos, languentia viſcera nonnihil recreare. Sic tenuia, exſucca contabeſcentium corpuſcula, non modo lacte, ſed accubitu quoque vividae nutricis, potuiſſe recreari, ut relatum eſt, facile credam. Nonne etiam in volucribus pullos videmus, matrum incubatu, non minus quam cibo roborari, & matureſcere in dies? In reliquis genitale ſemen, lac, ovi materies, recipientibus in ſe corporibus, vitalem vim, & robur datura, utique ſi extra corpus computruerunt, in teterrimum virus vertuntur; ſed etiam retenta dudum intra proprium corpus, ſtagnatione, mora, aut ipſa etiam copia, acuuntur, & nocent vehementer: ab acervato intus lacte, morbi acuti atque graves, a retento diu ſemine, convulſiones, ſpaſmi, deliria, non raris exemplis narrantur; fereque eadem ab mitiſſimis quibuſque humoribus in corpore accumulatis: ut appareat vitale illud, animabile, vividum quidquid eſt, in materie evolutum vi vitae, morae impatiens, eniti perpetuo in ultimam quamdam permutationem, nec poſſe impune diu coerceri. Noviſſime illud quoque notatione dignum eſt, quod animantibus, oeſtro veneris turgente ſemine, inſueti quidam, & vehementes impetus per membra excitantur, & olidiſſimus totis corporibus odor expirat.

(82) Quod ſpectat ad vim contagioſam cadaverum peſte

226. Ergo eſſe in animali natura contages, vi ipſa naturae coaleſcentes, confiteri neceſſe eſt: eſſe eaſdem ab aere, aut ab inanimis omnino non poſſe; ſiquidem vitali vi vitae & effectu conſiſtunt: Gignuntur enim ex ipſo vaporis ſpiritu multifariam degeneri. In ipſa autem alienatione naturae, pendet vis ipſa omnis contagis a concepto vitalitatis gradu; intimiore eadem motu provecta altius, aut mora, in virulentum fereque primigenium virus acuitur, in nuda tandem elementa abiturum.

227. Ergo a vitalitate provecta nimis, aut alienata, conflari communem quamdam tandem contagis naturam, quae omnem contagiorum rationem, & vim comprehendat. Eamdem per loca terrarum & regiones variare hic illic, pro varia cauſſarum, & animantum ratione; ut illic leves, evanidas, & facile perituras, hic ſaevas, perſtantes, omninoque invictas, ex eadem materie contages producat; alibi tenaciores quidem, mitiores tamen, nec omnino lethales, ſed diuturnis morbis aptiſſimas, cieat. Nonne etiam beſtiis ex eadem

 ſpe-

extinctorum, non miror eam a Medicis gallis in peſte Maſſilienſi fuiſſe obfirmate negatam, qui etiam ipſi peſti contagium negaverant; [*Trait. de la Peſt. de Marſeille*] & extat FORESTI locus [*Lib. 6. Obſerv.* 28.] contagem item cadaveribus peſtiferorum negantis, ob eam nempe cauſſam „ quia „ corpora mortuorum, quae amplius non expirant, nullum venenum ejaculant . . . . . propterea quod mortuo animali, pe- „ rit omne venenum. „ Sed ARBUTHNOTIUM demiror [*De effectib. aer. c.* 7. §. 8.] a phyſicis luculenter inſtructum, in talia delapſum " praefatos vapores nullatenus pernicioſos „ eſſe, dum frigida ſunt corpora, vel etiam nondum putre- „ facta: " nempe cadavera peſtiferorum, quae conſenſu omnium, lente admodum & difficulter perfrigerantur, & horrendum foetent, & quam citiſſime computreſcunt.

ſpecie, alibi innocua atque mitis, alibi odore gravis, & venenatis natura morſibus viget? Uſque adeo credibile eſt per loca terrarum certa, certas poſſe contagiorum partitiones, per varios peſtilitatis gradus ordinatas conſtitui.

228. Fateri enim manifeſta rerum veritas cogit, contagiorum hanc omnem familiam non ſatis hactenus definitam, atque ordinatam videri: & fore ei qui hanc iſtam in ſe ſpartam ſuſceperit, cogitandum, hoc omne genus dividi primum in acuta, & diuturna, oportere. Acuta autem, quae hactenus indigitamus, oportere diſtingui in exotica, quae eadem plerumque nativa ſint, primigenia, perſtantia, ut Peſtem, Variolas, Morbillos, ſimilia; inde in indigena, eademque fortuita, eventitia, & evanida, qualia fortaſſe nobis Stomacacen, quem Scorbutum vulgo nominant, & Miliaria; multo autem certius diſenthericos fluxus, febres caſtrenſes, maligna exanthemata. (83)

229.

(83) Non ommittendam putamus recentem a FRID. LUDOV. BANG contagiorum diviſionem [*ex Comment. de Reb. in medic. &c. geſtis T. 21, p. 239.*) " Forma contagii „ eſt vel halituoſa, ſeu acuta, vel non halituoſa, ſeu chroni„ ca. Halituoſa contagia ſunt peſtiferum, putridum, variolo„ ſum, morbilloſum, diſentericum: non halituoſum, rabio„ ſum, ſeu hidrophobicum, carcinomaticum. Dubia contagia „ videntur miaſma Scarlatinae, & Tuſſis epidemicae; quod „ licet C. VOGELIUS rejicit, tamen valde contagioſum eſt. „ Arthriticum, phtiſicum inter dubia refertur. " *Frider. Ludov. BANG de Differ. Contagior. Comment in Collectan. Societ. Med. Haunienſ. T. I. 1774.*) Qua in re illud nobis inter caetera annotandum videtur, improvide ommiſſam a BANGIO videri diviſionem illam, quae ſit in exotica & indigena, non modo quia immenſum diſtant ab invicem; ſed multo etiam magis, quod exotica quum ſint, & primigenia, eſſe eadem neceſſe ſit alienigena nobis, & adventitia; quae proin oporteat fue

229. Et GRANTIUS quidem acuta contagia, quae cum febri exardeſcunt, quaeque epidemica, aut febres *non communes* vocavit, ad octo percenſuit; Peſtem, Variolas, Morbillos, Variolas ſpurias, Morbillos infantum, tuſſim catharralem malignam, vulgo epidemicam, [*Gall. Coqueluque*), Anginam malignam, febrem SYDENHAMI peſtilentem. Quo cenſu, opinor equidem, acutam putridam malignam petechialem, & lentam nervoſam HUXAMI concluſit; ſed miliarem cur praetermiſerit non ſatis video. Tum ad ordinandam horum hiſtoriam, crediderim partitionem quoque, (ut ſciamus quae exotica, nativa, perſtantia, quae indigena ſint, aut evanida), non mediocriter pertinere. Sed GRANTIUS enumeraada, quae peſtifera cenſuit & epidemica, non ordinanda ſibi ſumpſit contagia. (*)

230. Fere autem qui contagiorum, non rationem omnem, hiſtoriamque, ſed naturam unice exagitandam, pervolvendamque ſuſcepimus, eo decet nos eſſe contentos, ut ne cui peſtilentium, quos vocant, morborum, & verae peſtis ingenium, jura, proprietates permiſcuiſſe penitus videamur; quae, conſentientibus pene omnibus, toto genere per quam late diſcerni neceſſe ſit.

231. Primum enim quae vera peſtis eſt, ea bubone alicubi, ad inguina, ad alas, ad parotidas orto ma-

ga, vitatione, coercitione magis, quam ſpe curationum edomari, & pervinci: qualis conditio eſt potiſſimum verae peſtis, & variolarum. Indigena vero, quod fortuita, multiplici tamen conſpiratione cauſſarum ubivis naſcantur, nec a perſtantibus ſeminibus prodeant; poſſunt, non tam medicina, quam multarum rerum procuratione nonnumquam anteverti.

(*) *GRANT. Trait. des Fievr. T. 3. Introd.*)

nifeſtatur; aut carbunculo, quos anthracas appellant, intus, extus inuſto; aut gangraena diſtinguitur: putrifica enim omnis, aut inflammatoria cenſetur. Dein ſumma vi, malignitate praecipiti durat, nec mora extinguitur, nec migratione hebetatur. Ejus autem materies, quam contagio contineri praediximus, tam magna viget tenacitate naturae, ut expelli de corpore raris nonnumquam caſibus, ſubigi eadem, mutari, perſtingui, nullis omnino conſueverit: quare & alienigenam eam, & primigenia, perſtantique natura conſiſtere, neceſſe eſt etiam atque etiam; quae certa & origine, & ſede perſtans ab aevo, diſſeminatis hac illac contagibus evulgatur.

232. At peſtilens vulgo febris, enato ubivis, per vices, ex communibus cauſſis contagio, ardeſcit utique in papulas, in maculas, maligna quae exanthemata nominant: ſed magno ſtatim impetu erumpens, graſſatione ipſa defervet magis in dies: quare & cum magnis ſaepe epidemicis recenſetur; & fortuita, evanidaque conſtat natura; & poteſt etiam arte nonnumquam, aut vigentis naturae viribus, in corpore intus extenuata perſtingui.

233. Quapropter ut magna olim epidemica (§. IV.) a magnis temporum perverſionibus, & inverſo ordine tempeſtatum generari praediximus: ſic peſtem, & quae exotica nominavimus, a magnis, exoticis, nativis, perſtantibus contagiorum ſeminibus, huc, illuc traducta, excitari. Quemadmodum & peſtilentes, quod natis hic illic contagiis ſaepe vulgantur, inter indigena recenſemus: quod vero per epidemicas conſtitutiones pro-

progigni eadem facile ſit in corporibus, & multo etiam facilius vulgari; ideo, contagioſa quum ſint, & indigena, epidemicis tamen poſſe eadem nonnunquam acceſeri concedimus. (*) Neque enim repugnat quicquam, quod vi epidemica permutatum ſit in corporibus, id ipſum in contagioſos morbos erumpere: quae deinde, quum nata ſunt, non epidemice, ſed per ipſas contages diſſeminantur.

(*) *Vid. n.* 110. *& alibi.*

§. XII.

Contagium quid ipſum ſit in ſe ipſo?

234. QUod ſupereſt, eſſe magnam in omnibus authoritatem, vimque naturae fatendum eſt: ſed vincit in uno tamen contumax materiae poteſtas; quod vitali vi vitae conflata intus in corpore potentiarum quaedam elementa, invictis dein adverſus naturam viribus perſtant: quandoquidem & eſſe in natura, eaque intus ex animali ſubſtantia coagmentata, contagiorum principia, perſpicue demonſtratum eſt: eadem item hactenus, quae nullis artis, nullis naturae pervinci viribus poſſint.

235. Quo titulo contages iterum nonnihil cum venenis conſentiunt; quod utraque ſupra vires naturae, & artis ferantur. Verumtamen, quum ultimum ſit utrimque diſcrimen, tum in contagiis illud graviſſimum eſt, quod venenatis medicina nonnumquam opem tulit, contagiis, natura victa, ars nequicquam ſuccurrit: contagia enim magna, atque peſtem, ni forte natura ſponte aliquando, ars certe nullis hactenus, ex induſtria medicaminibus vicit.

236. Quo factum eſſe putandum eſt, ut adverſus peſtem, non modo omnis retro antiquitas, ſed omnibus gentium omnium monumentis, ab Diis opem poſci ſolitam traditum ſit: ut ſi faterentur, coeleſte ab iratis diis malum, humana procuratione incaſſum tentari.

237. Caeteri vero ſuperiore aevo, qui ſibi ſapere viſi ſunt, ad naturalia reverſi, & meditati ſenſilia, rationem horum in phyſicis naturae poteſtatibus perquirentes, humana tandem humanis conſiliis agitavere: ſed cauſſas commenti in acido, in cauſtico, in vi arſenicali, a natura item quam latiſſime receſſerunt. (84)

(84) Ut HELMONT. in Tumul. Peſt. ROB. BOYL. peſtem tribuit mineralibus exhalationibus in aerem expirantibus, & cum eo ſentiunt alii, [quos vid. *not.* 58.]

Placet autem hic annotare non ſolum inter graecos, ſed apud alias quoque gentes, antiquis aeque ac modernis temporibus vetuſtiſſimam fuiſſe opinionem, quae traderet, morbos graviſſimos, maximeque peſtiferos & contagioſos coelitus in homines immitti. Sic apud orientis populos, maximeque a Judaeis lepram, fere inſanabile malum, divini numinis irae perpetuo tributam fuiſſe notum eſt, etiam notante MEAD. [*Med. Sac.*] teſtaturque N. MICHAELIS Cel. Gotting. Prof. hebraica lingua ipſam lepram deſignari eo nomine, quod proprie flagellum, aut ictum flagri ſignificat. (*De l' influence des opinions ſur le Lang. &c. p.* 16.) eoque admonente notabilis quoque HERODOTI locus habetur = ſi quis e civilibus
„ lepra, aut vitiligine infectus ſit, huic in civitatem acce-
„ dere non conceditur . . . . . dicunt enim hos morbos illis
„ immiſſos, qui in ſolem peccaverint. " [*Hiſt. Lib.* I.] Illud vero memoria dignum videri poteſt uſuveniſſe etiam apud hetnicos, ut atrociſſimos morbos, & peſtem in primis, non diis modo, ſed Daemonibus quoque non raro acceptam referrent. Cujus ſententiae aſſertores citari video JAMBLICUM, PHILOSTRATUM (*de Vit. APOLL. THIAN.*) AVICENNAM atque alios. (*COEL. RHODIG., GASP. REY. quaeſt.* 90.) Sed vincit omnia ſuper his medicorum commenta, WIRDIGII, de pneumat. ſecta, ſaeculo ſuperiore, ſententia, qui peſtem a venenato ſpiritu oriri proponit: eam autem omnium eſſe atrociſſimam, quae ex putredine caeſorum in acie militum prodit; ſpiritus enim hos iracundos ab his in ſana corpora permeantes, vindictam furoremque excitare, & exſerere. (*ap. BARCH. Diſſert. XV.*) Quo minus miremur doctiſſimum RAMAZZINIUM egregio libro (*de Morb. Artific. c.* 40.) quum audiſſet, item in acie caeſis, pudenda rigida, & egregie diſtenta inveniri, in eam ſuſpicionem veniſſe, ut pene crede-

238. Nec illi prorſus metam attigere, queis viſum eſt, exquiſitae putriditatis ineſſe contagiis materiem. Utique enim exſolutum cadaver abire in putre perſpicuum eſt; ſed vivo corpori progigni putrorem, negatum eſt a natura. Nec rurſum vis ulla ſolidorum, nec ſpontanea animalis ſubſtantiae degeneratio in vivente, nec ſingularis ulla ſtimulorum facultas, generandis in ſano contagibus quicquam valet; ni forte ex maximis omnino cauſſis, perverti intus nonnumquam ordinatam humorum temperationem concedas, & tamquam ſubitas per vim oboriri contages.

239. Nam quamquam jure negatum eſt, terrorem aſſiduum, & vehementem animorum ex ingenti periculo conſternationem, cenſeri unam, certam, perpetuam peſtilitatis cauſſam licere; tamen ratione quoque & eventu perſpectum eſt, poſſe talia nonnumquam contingere. Nonne ex ingenti pavore conſternata repente corpora in malignos, omnincque lethales morbos incurrunt? Jure equidem relatum eſt, ex ejuſmodi cauſſis, aliis immaturam ſubito canitiem irrepſiſſe, aut capillorum defluvium; nonnullis mentem repente emotam, aut ſenſuum aciem omnino hebetatam fuiſſe. Profecto communi quoque obſervatione receptum eſt, in magnis peſtilitatibus & audaciſſimos quoſque evadere, & meticuloſis in primis, exitium pene certum portendi.

240.

ret, furore hoſtili, & pugnaci rabie concitos ſpiritus, ſupremo quodam naturae conatu, in genitalibus, etiam poſt fata, tamquam in ſuprema ſtatione vitae, dimicaturos conſiſtere. Sed rigent eadem plerumque pari tentigine etiam in ſuſpenſis, quos aequum eſt terrore ultimo magis, quam ira concitatos rigeſcere. Tum ſpaſmo quoque nervorum vehementiore, contingunt eadem ſaepe epilepticis.

240. Sed rationi quoque nonnihil indulgendum: numquid quum talia percenſemus (*n. ſup.*) & tantas fieri in corporibus, nervorum, & animi nutu permutationes, & turbas videmus; quum tantam eſſe inter ſanguinem & ſpiritus conſenſionem ſciamus, dubitet quis nervorum ſpiritu fatiſcente, etiam vitalia collabi? nempe perculſis nervis collabitur vis vaſorum, perſtinguitur ille, aut cohibetur, qui jugi fluxu manat e corpore, volatilis vapor, aut ſpiritus, & cumulatus conſervet in putre: contingit illa ex vitali in putrificum calorem & motum mutatio, cujus vi volatilem animalitatis materiem, in malignum putre, in tabificum & contagioſum virus perverti praediximus.

241. Quod etiam triſtitia ingenti, & angore animi diuturno poſſe confieri ſponte patet. Quapropter poſt gentium excidia, & vaſtationes, motuſque terrarum, in obſeſſis urbibus, & ultima hannonae egeſtate, obortas nonnumquam peſtilitatum contages, cumulatis in unum naturae calamitatibus, non difficulter credamus.

242. Ergo confieri contages in corpore ex ipſa animalis ſubſtantia ad ſummum animalitatis evecta, nempe maxime attenuata & volatili, ſi exhalatione prohibita revocatur intus in viſcera, ſi accumulata vehementer, & putrifico motu confervet, nempe intimiore, & perturbato.

243. In primis vero ſi quavis de cauſſa, confracta nervorum vi, projectilis vaſorum motus collabitur, calorque in inteſtinum & vorticoſum mutatur: quo uno maxime concieri putrorem in humoribus eſt neceſſe.

Pu-

Putrorem autem in vivo quum dicimus, humorum prorſus exaltatam, alienatamque animalitatem intelligimus; ut ammiſſa ſpontanei motus alacritate, inerti quodam *viſcore* paullum lenteſcant, ſimul ſpecifica, & ſingulari penitus acritate praepolleant: quae ratio eſt emergentis undecumque contagis.

244. Nec illa quidem praetereunda conſideratio eſt de contagibus nonnumquam noviter apparentibus: nam praeter ea quae PLUTARCUS de novis morbis, ex novis & cibis, & vivendi rationibus diſputavit; (*) ne illud quidem repugnat, quod video pluribus placuiſſe. Extranea quaedam contagiorum elementa poſſe per regiones & loca paullatim conſueſcere: quo ritu Variolarum & Morbillorum miaſmata ab Aethyopum devecta ſedibus, tota Europa, ac pene terrarum orbe univerſo viſa ſunt inſoleſcere. (85)

245.

(*) *Convival. lib. 8. c. 9.*

(85) Piget me dudum, ſereque etiam dolet; nec dubito fore quos plane jam toedeat longarum tot, variarumque in una re annotationum; praeſertim hac iſta hominum aetate, qua appareat non magis probanti, quam firmatim teſtanti, authoritatis tutam fidem praeſtari. Sed vetat ipſa rerum gravitas, & promiſſa veritatis theſſera, a nobis quicquam vel ex hiſtoria proponi, quod certis exploratiſque ſcriptorum teſtimoniis, non ſatis conſiſtat. Quapropter hanc iſtam quoque de Variolarum origine, quaeſtionem proponendam putavimus; praeſertim quum decepti pene famigerati nominis authoritate, viderimus nuperum authorem Variolarum originem ex MEADIO & FREINDIO repetentem ab Aegypto; quorum alter Variolas & peſtem non magis Aegypto tribuat, quam Aethyopiae, [*MEAD. Vid Not. 77.*] alter Variolas ab Arabibus repetat abunde & perſpicue. [*FREIND. Hiſt. med. part.* 2.] Qua de cauſſa futuros quoque auguramur, qui nobis aequi bonique conſulant, ſi forte primoris notae Scriptores illatae injuriae opinione, Aegyptum vero, feliciſſimam quondam orbis partem, infamia progenitae peſtilitatis liberaverimus.

245. Nempe non aeris mutata alicubi temperatione; ſed quemadmodum victu abſurdo, & hauſtu coeli de-

Primoque utar FREINDII verbis; = neque in controverſiam venire debet, quin Variolae graecis fuerint incognitae, (quidquid nonnulli e recentioribus contra garriant) (*Hiſt. Medic. p.* 2.) Fateor autem deinde, quamquam recentiorem, multo tamen ubique obſcuriorem haberi originem Variolarum, quam peſtis. Hanc enim, aut unde ſit, aut ſaltem unde non ſit, argumenta perplura ſunt, quae pene cogaut fateri: Variolas autem (aeque & Morbillos), quum nec ab Europa, nec ab Aegypto extitiſſe, plane perſpexeris, eaſdem ex reliqua Africae parte, atque Aſia unde extiterint, non facili conjectura pervincas.

Sunt vero incerta ſuper his non minus loca, quam tempora; fereque inutilis iis eruendis concelebrium etiam ſcriptorum ſagacitas hactenus fuit: nec video tamen inter plurimos, qui hac aetate, utramque difficultatis partem uberius, aut diligentius tentaverit PAULETIO [*Hiſt. de la Petite Verole* 1768.] & SARCONIO, [*Del Contagio del Vaj., e del tentarne l'eſtirp.* 1770.] quamquam in diverſas opiniones feceſſerint. Quorum alter [*Paulet*] excitatis etiam MARII AVENTICENSIS, & GREG. THURONENSIS [*ex Hiſt. Franc. lib.* 4. & 5.] authoritatibus, quas FREINDIUS omiſerat, viſus eſt Variolas Europae multo maturius, quam factum ante fuerat, attuliſſe; nempe anno 570, [biennio ſcilicet ante, quam MEADIUS, [*De Variol. cap.* 1.] REISCHII teſtimonio, ex Arab. Leydenſis Bibliothecae codice, invenerit: qui = hoc demum anno [572.] comparuiſſe *primum in terris Arabum* variolas & morbillos, = congeneres morbos, teſtatur.

Sed dolet inter haec PAULETIUM lapſum eſſe in FREINDIO, quem oportuerat, non ex indiſcreta citatione MEADII, exſcriptis etiam, non locis, ſed numeris paginarum [300.] excipere. FREINDIUS enim [*Hiſt. Med. p.* 1. & 2.] ſeu latinam, ſeu gallicam verſionem uſurpaveris, habet, non ut PAULET. [*Hiſt. de la Pet. Ver. T. I. art.* 3.] = *Le troiſieme parti que Freind a cherché à accrediter, lui* [à la Pet. Ver.] *donne l'Egypte pour patrie; comme le climat le plus pernicieux de l'Univers, & le plus propre à produire des maladies peſtilentielles.* = neque adamuſſim ut MEADIUS [*l. cit.*] = Hinc „ conjecit doctiſſimus FREINDIUS in Aegypto *fortaſſe prima exordia habuiſſe* Variolarum morbum," *oper. pag.* 300. = Sed FREINDIUS, inquam, in verſ. gallica COULETI,

deteriore paullatim corpora debilitantur, & certam labem recipiunt, degeneri permutatione: ſic eadem itera-

[*impreſſa Leyd.* 1727. *in* 4.] nec compta illa quidem, nec fida, quam proin etiam MORGAGNIUS jure reprehenderat, parte tamen 1. pag. 145. = *Actuarius*, inquit, *ne parle pas même de la petite Verole. Les Sarazins apporterent les premiers cette maladie, & par tout, où ils porterent leurs armes victorieuſes, elle ſe répandit auſſi, avec la même furie, tant en Afrique, qu' en Europe, & dans la plus grande partie de l' Aſie, particulierement du coté de l' Orient* = Parte autem 2. pag. 90. = *Elle*, [la petite Verole & la Rugeol.] *s' eſt faite remarquer en premier lieu parmi les Arabes; & les Mahometans ſont ceux qui en ont donné les premieres deſcriptions &c.* Quae ne nimii admodum ſimus, ex latina WIGANII referemus. Habet ea autem parte I. (*Ed. Neapol. T.* 3. *p.* 166.) = Ne Variolarum quidem (ab Actuario) mentionem reperias. Cum Saracenis primum morbus hic apparuit, & quaſcumque illi regiones armis occupaverunt, ibidem pari furore ſtatim graſſatus eſt; ſe ſeque per Africam, Europam, maximamque Aſiae partem, &c. latiſſime diffudit. = Itemque parte 2. [*T.* 4. *pag.* 304. & *ſeq.*] ſic habet. = Hujus origo morbi „ (Variolar.) multo longius retro, quam vulgo creditur, ex „ ipſorum authoribus inveſtigari poteſt; nam repetenda eſt „ etiam ad illuſtrem uſque Mahometis epocham, quae coepit „ initio ſeptimi ſaeculi. = Pagina autem 305. = Neque in „ controverſiam venire debet, quin Variolae graecis fuerint „ incognitae, (quidquid nonnulli e recentioribus contra garriant) atque in hac gente, (Arabum nempe) primum notatae, & a Mahometanis deſcriptae. = Rurſum paullo infra. = Ex antiquiſſimis, quae ſuperſunt, Variolarum traditionibus, has in *Aegypto primum*, Omaris tempore, qui „ Mahometi ſucceſſit, *apparuiſſe* comperimus: etſi, quum has „ Graeci prorſus ignoraverint, Arabes, *ſine dubio*, morbum „ illuc *e ſua gente advexerint*; quem ipſi fortaſſe antea, *a remotioribus Orientis gentibus* ſuſcepiſſent. Horum enim antiquiſſimi ſcriptores de eo non ita loquuntur, quaſi recenter „ orto. =

Quae ſi perlegiſſet, ut aequum fuerat, PAULETIUS, vidiſſet porro quam late diſtet FREINDIUS, homo & doctus, & in criticis apprime acutus, ab aegyptiaca Variolarum origine: qui perſpicue doceat, Variolas, Morbilloſque, in Aegypto quidem primum viſas, non ortas; adeoque eas non mo-

rata contagiorum & miaſmatum admixtione latenter vitiantur; iterata enim per traduces extraneorum ad-

mix-

do non Aegypto, ſed forte ne Arabum quidem terris indigenas; qui exceptas forte *a remotioribus Orientis gentibus*, in Aegyptum, nec incerto quidem tempore, primi devexerint. Siquidem, pergit FREINDIUS [*l. c. p* 306] = Uti vero „ hic populus intra minus quam triginta annorum ſpatium, „ religionem ſuam atque imperium; ita quoque novam hanc „ luem per Aegyptum, Syriam, Paleſtinam, Perſiam, ac paul„ lo poſt per littus aſiaticum &c. . . . . ſub proximi vero ſae„ culi (nempe VIII.) initium, ulterius in maritimas Africae „ partes quoque, ac trans mare mediterraneum, in ipſam „ Hiſpaniam eumdem diffudit. "

SARCONIUS autem in expiſcandis Variolarum originibus, mirum dictu quam multa, quam exquiſite & appoſite, ex omnigena eruditione congeſſit ſcriptorum omnium teſtimonia! Sed lapſus fide PAULETII, quum jure excuſaret Aegyptum, egit cum PAULETIO quidem peramice & humaniter; in FREINDIUM paullo gravior apparuit, quod aut praeteriiſſe viri doctiſſimi authoritatem, aut immerentem, illaudabili ſtudio oppugnaſſe videatur. [*Vid. lib. cit.* §. 162. *Not.* * *pag.* 314.] quo loco PAULETII ſententiam, tamquam a FREINDIO deductam, egregie refutat.

Quae, ſi qui miretur, a me, qui PAULETII & SARCONII cauſſam, ſuper Variolarum adminiſtratione, pro virili ſuſceperim, paullo fuſius eſſe propoſita; intelliget is, opinor, magno ſcilicet haec documento futura, quam non liceat doctis hominibus eſſe incurioſis; quum ſaepe levibus oſcitantiae momentis, magnae, etiam inter ſapientes, & magnis de rebus, diſceptationes conſiſtant, quae verſa pagina potuiſſent praeverti. Decuit etiam authoritate ejus, quem maxime colimus, CELSI, tam illuſtrium Profeſſorum ſtudio, a nobis haec interponi; quod magnis ingeniis, multaque nihilominus habituris „ convenit etiam ſimplex veri erroris confeſſio; ne qui „ decipiantur eadem ratione, qua quis antea deceptus eſt. „

Caeterum, quum vera haberi neceſſe ſit, quae MEADUS in hac ipſa quaeſtione propoſuit, [*de Variol c.* 1] = Morbos „ quoſdam eſſe qui in certis regionibus, quaſi illarum indigenae naſcuntur, & faeviunt . . . . hos nullo non tempore ſuis „ in locis viguiſſe exiſtimo; id nimirum perpetuo efficiente „ rerum natura = Certumque adeo ſit, quam quod maxime, veteribus graecis, latiniſque, omnino inauditas fuiſſe Va-

mixtione, humorum craſis lente pervertitur, nervorum vis alteratur, fitque illa in corporibus, quam vocant dia-

riolas; placet ſuper omnia iſta quoque SARCONII conſideratio; [*l. c. p.* 317. *in Not.* & *p.* 340.] oportere iis gentibus indigenas, & coaevas fuiſſe Variolas, quae ad omnem anteacti temporis memoriam, caeterarum gentium commerciis, & ſocietate caruerint; quales, multo etiam diutius quam Arabes, fuiſſe Aethyopes, aut quales ad hanc etiam diem populos, inhoſpitalis Africa, ab humani generis conſuetudine, interiore ſolitudinum vaſtitate ſemovit.

Atque utinam liceret, omnia, quae centum paginis SARCONIUS explevit, perpendere! utinam congruerent omnia, quae ingenioſe & acute, ex penitiore hiſtoria extricavit! Quum enim videas Variolas, quae ſaeculo VI. in Europam pervaſerant, [*l. c. c.* 2. *p.* 329.] VIII. ad Taprobanam, atque ad ultimos orbis Japonenſes, (nempe ann. 727.) totis oceani maribus enataſſe, (*ib. p.* 333. 339.) intelligas etiam neceſſe eſt, communicatis tandem ad orientem, & occaſum, Aethyopum, & Afrorum commerciis, effuſas tamquam e carceribus Variolas in orbem erupiſſe. Ne tamen credas immani quodam circuitu, ab Africa ad Indos, hinc per Arabes ad Graecos, & reliquam Europam remeaſſe; (*ib. p.* 354) facit primum interverſa temporum ratio; ſi enim certis hiſtoriae monumentis utendum eſt, non potuit morbus, qui Italiam afflavit ſaeculo VI., (ann. 570.), traduci in Europam ab extremo oriente, qua parte non ante ſaec. VIII. (ann. 727.) apparuiſſe probatum eſt. (*vid. ſup.*) Deinde alterum, quo maxime oportuerat non praetermiſſum fuiſſe FREINDIUM; qui quum a Saracenis diffuſas fuiſſe Variolas per Europam late, & per Aſiam, praeſertim ad orientem, [ut ſupra notatum eſt] indicaſſet; = Jure miremur, inquit, nuſquam hunc (morbum „ Variolar.) in Imperio Graeco per multa retro ſaecula fuiſ„ ſe viſum; quod quidem ita eſſe fatebimur, ſi illorum tem„ porum, atque ejus gentis vel medicos, vel etiam hiſtoricos „ conſulamus: " qui nempe etiam in minimis loquaciſſimi, hunc ipſum unum ne verbo quidem attigerunt. Ut appareat fruſtra proponi illa graecornm, uſque ad Juſtiniani ſaec. VI. [*ibid. p.* 354.] cum extremis Indiis commercia, quae ituras ultro, citroque Variolas ante octavum nullibi oſtendant. Quibus de cauſſis illud putamus veri per quam ſimillimum videri poſſe: omnigenae monſtroſitatis feracem Africam, Variolas quoque, obſcoeniore alicubi, & putri ſitu educaſſe; maximeque

diatheſim morboſam; ut tandem ſic affecta corpora, tamquam haereditario jure, inſuetis alias morbis, red-
dan-

apud Aethyopes, quos coepiſſe ſaec. VI. per commercia tandem innoteſcere, ipſe SARCONIUS oſtendit. (*ib p.* 317. *Not.*) Eaſdem obſcuritate gentium & locorum, latenter nutritas ab aevo, defluxiſſe paullatim ad maritimos; trajectu dein Rubri maris, etiam ad Arabes tandem aliquando deſiluiſſe: quo tempore, fatis volventibus, Arabica barbarorum illuvies, illinc cum commerciis in Aſiam, atque Indos, iſtinc cum vaſtitate & ruina, in Europam quoque exundavit.

Jam, quoniam juſtae notationis terminos dudum tranſcendimus, liceat & illud animadvertere. Quum video hunc illum *MASUDIUM* (*Cod. Arab. Leyd ex verſ REISK. referente GRUNER. in Morbor. Antiquit. Sect.* 1. *artic* 1. *p.* 44), quem
„ vulgo Arabum appellant Livium, & *IBN DOREID*, hos
„ ipſos Variolarum natales, quos adhuc inquirimus, aperte
„ commemorantes, ut ſupra indicavimus: „ Hoc demum
„ anno [572.] comparuerunt in Terris Arabum Variolae &
„ Morbilli, & *on Nawaſel*, & *Kynanthropia*, (ſeu *ol Kalab*)
„ quorum quidem aliqua fuerant jam antea *inter Iſraelitas*,
„ non tamen Arabum terras invaſerant, niſi tum demum.
„ Hoc ipſo quoque anno comparuerunt primum arbores ſylve-
„ ſtres, ut Ruta ſylveſtris, (*ol Harmal*), & Colocynthis (*ol*
„ *Hantal* = At vero & *IBN DOREID* ſic = *Ol Harmal* eſt
„ genus aliquod plantae, quod ignotum Arabibus fuiſſe adſe-
„ verant hiſtorici, antequam irruptione affligerentur, anno
„ Elephanti. Quum autem illorum negotium abſolutum eſſet,
„ & diſcuſſum, invaſerunt homines Variolae & Morbilli,
„ quos curarunt amaris ſuccis *al Hantal*, *al Harmal*, *& al*
„ *Oſchr*. = Quum haec, inquam, video relata ab hominibus aut Medicis, aut qui docti haberentur, eaque affirmatim & perſpicue explicata, non poſſum quin fide praeſtita, plane aſſentiar. Sed quum Variolas a Mario quodam AVENTICENSI nominari audio ſaec. VI., quod nempe = hoc anno (570.) morbus validus cum profluvio ventris, & *Variola*, Galliam, Italiamque valde afflixit; *MAR. AVENTIC. in Chron.*) = hanc ego *Variolam*, nullo teſte, nullo argumento, nulla ne nota quidem appoſita, ut reputem fuiſſe morbum Variolarum, non adducor; non credam. Credideram SARCONIO, magnum MURATORII teſtimonium, tamquam confirmantis, ſemel, atque iterum proferenti. = *Il dotto MURATORI, appoggiato alla fede di MARIO AVENTICENSE, parla nel VI. ſecolo di*

dantur obnoxia. Quo ferme ritu credibile eſt miliaria in primis ab Germania, ſuperiore ſeculo in Italiam deve-

una' malattia di Vajuoli (*l. c. p.* 260.) = *Il dotto MURATORI non eſitò punto a riconoſcere nel male dall' AVENTIC. notato, il male di cui parliamo, traducendo la voce VARIOLA nell' italiano Vajuoli.* *l. c. p.* 320.) = Sed quaeſitus MURATORII locus, fidem deminuit authoritatis; qui eum annum (570) jejunis omnino verbis concluſit; nam memorata ex AGNELLIO, peſte boum illo anno per Italiam maxima; = *il che*, pergit, *vien confermato da MARIO AVENTICENSE, con aggiungere, che perì anche una gran quantità di perſone per diſenterie, e Vajuoli.* = (*Annal. d' Ital. T.* 3. *p.* 483.) ut tota MURATORII pro Aventicenſe defenſio, verſione una voculae contineatur.

Equidem vocabulo illo *Variola* quid ſibi voluerit bonus ille AVENTICENSIS, non facile cuiquam ſit divinare; quum viderit, peſtem cum bubone, proximo anno ingruentem, ab eodem vocari *puſtulam* (*du CHANG Gloſſar. voc. puſt. ap. ipſ. SARCON. p.* 267.) Num revelatum innotuiſſe Aventicenſi id morbi nomen credamus, biennio ante, quam ipſe morbus Arabibus innotuiſſet? Num conditum inditumque ab ſe reputemus? At ſcimus ab eodem DU CHANGIO [*Gloſſar. inf. latinit. T. B.*, *authoritate Gloſſ. MS. ad ALEX. JATROSOPH.*], antiquos, nempe primos qui morbum viderint, nominaſſe non Variolas, ſed *Ignis Carbones*, ab Siculis *Filias ignis* fuiſſe appellatas. Praeterea Variolarum nomen inter Medicos, non ante CONSTANTINUM AFRICANUM fuiſſe receptum, nec adhaeſiſſe morbo, niſi ſaec. XI., conſtat. Si vero Sarconio credimus, ab ſaec. VI. nullam in hiſt. rerum Italiae, reperiri Variolarum memoriam, uſque ad ſaec. IX., quid de Aventicenſi illa *Variola* ſaec. VI. futurum putemus? Delituiſſe eam tribus ſaeculis, & cum tota illa ſua contage obdormiſſe?

Ego equidem adveniſſe in Italiam Variolas cum reliqua Saracenorum colluvie penitus credo. Caeterum, ut GRUNERO iterum utamur. (*l. c. p.* 1. *pag.* 45.) = Quam lubrica & incer„ta haec ſint (praeſertim de Aventicenſi illa Variola ſaeculi „VI.) quum ex iis quae ſupra retulimus, ſatis ſuperque pa„tet; tum (caetera) praeclare demonſtravit, [*quem videre* „*hactenus numquam potui*] magnus WERLHOPHIUS." [*Diſquiſ. de Variol.*]

vecta, noſtrorum etiam hominum naturis labem intuliſſe, & ſerpere latius in dies. (86)

246. Noviſſima de contagio quaeſitio eſt, quid eſſe id ipſum in ſe ipſo arbitremur; ſcilicet qua natura, ex qua humorum & animalis ſubſtantiae parte coagmentatum conflari. Equidem perobſcura ſunt omnia, quae de ſpecificis his naturae poteſtatibus afferuntur, nec ea ſunt hactenus philoſophorum periculis ſatis, aut rationibus pertentata.

247. Profecto quae de bili peſtiferorum DEIDIER olim

(86) Nempe eadem ratione, qua ſupra [*Not.* 70.] notatum eſt, in Adverſ. Med. Anonimum authorem futuris hominum generationibus ab inſititiis Variolis metuiſſe; aut qua pleriſque creditum eſt varioloſam quamdam, fereque haereditariam diatheſim latere dudum in omnium corporibus, quacumque Variolae jam pervaſerunt. Porro de miliaribus pene certum eſt, eadem circa annum 1651. Lipſiæ primum viſa, paullatim peragrata Germania, Gallia &c. anno tandem hujus faeculi 15. deſcendiſſe in Italiam: proin febres puerperarum miliares Taurini primum viſas, manaſſe ſenſim in Inſubriam: [*Vid. Allion. de miliar. orig.*] nec ullibi tamen illa labes quievit; nam poſtquam luſtravit omnem orae tranſpadanae regionem, irrupit etiam cis padum, & fundit ſe jam late in vicinos. Quin extat edita quoque nuper diligentis Medici de miliarib. commentatio, quae doceat id mali genus in Corrigienſi tractu, & finitimis pene endemicum, his demum annis epidemice diverſatum ſaeviſſe. [*BARALD. Stor. d' una Coſtituzione ec.*]

Quo exemplo etiam cavendum magis putamus, ne novus aliquis morborum fomes paullatim per incuriam invaleſcat: audivimus enim etiam nuper in tractu Regienſi, proximis Apennini jugis, apparuiſſe novam cutanei morbi formam, incertum ſcorbuti, an leprae ſpeciem quamdam deceat vocari; quae hactenus nonnullis exitium, multis attulerit cum metu laborem, & increbreſcat in dies. Quo tempore relatum eſt in agro Mediolanenſi ſimile quidpiam, vernacule *Pelarella*, ab FRAPOLLIO olim quodam levi lucubratione adumbratum, *Pelagrae* nomine, animadverſione dignum videri coepiſſe, quod manante latius periculo proſerpat in vulgus.

olim in Gallia; (*) quae de ſanguine, pure, humoribus caeteris alii alias experti teſtantur, ineſſe his aeque venenatam contagem, utique vera ſint; ſiquidem & carnes aeque peſtiferas eſſe relatum eſt, & peſte affectos totis etiam corporibus efflare contagem SWIETENIUS conſentit. Sed bilem, ſanguinem, carnes, reliqua, & nullum horum eſſe contagem illud demonſtrat, quod putidae carnes iteratis multorum periculis, in canis ventriculo putrorem omnem brevi amiſerunt; (**) quod pus Variolarum vaporatione aeris, tamquam ſpiritu vaneſcente inanitum, paullatim vappeſcit.

248. Quapropter ſpiritu quodam, aut volatili ſeu vapore, ſeu halitu, contineri omnem contagioſi miaſmatis energiam, reputandum eſt etiam atque etiam. Sed eſſe idem phlogiſto magis, & igne, & inerti aere, quem fixum vocant, atque electro coagmentatum, nondum ſatis eſt exploratum.

249. Porro autem illud omnia convincunt, contagi ineſſe illam, quae dicitur animalis ſubſtantia, ex volatili foetido, ſeu phlogiſto animali: eam tamen nec foetore gravem, nec acritate conſpicua; ſed vi affinitatis, adhaereſcentia, & ſtimulo ſingulari inimicam: quandoquidem putreſcente in tabum cadavere, incertus quidam, fatuus, & nauſeoſus tamen, & maxime penetrabilis odor emanat; (***) & e peſtifero putrore viſus eſt aliis tamquam marceſcentis ſtipulae vapor efflari. (****)

250.

(*) *Vid. Trait. de la Peſte de Marſeille &c.*
(**) *GRANT. des Fievr. T. 2.*
(*** *HAGUEN. melang. curieux. p. 49.*
(****) *PAUL. Hiſt. des malad. contag.*

250. Ergo ex volatili tenuique materie, tamquam ſpiritu coacervari contagem perſpicuum eſt, quod eo vaneſcente vis omnis vappeſcit; eamdem corporari materie lenta, tenaci, vel muco animali, quod & multis adhaereat, & vires diu tenaciter ſervet, & animale corpus affinitate praecipua cupidius arripiat. Quod vero corpus vehementer & ſubito mutet, quod humores corrumpat, ſolida in ignis modum perurat, vim vitae, & nervorum energiam quantocius extinguat; quod invictis viribus adverſus naturae robur perſiſtat; nonne haec confirmant magis, cohaluiſſe eam ex multiplici principiorum in corpore acervatione, ſpiritu nempe, vapore, electro, igne, phlogiſto, activis omnibus e corpore in unum coeuntibus, & animalis materiae parte ad ſummum animalitatis evecta?

251. Animalitas autem, quicquid id tandem eſt, tum eſſe maxime ſignificatur, quum alibilis ſucci materies ſubactu vitae, motione, fotu, calore, mixtione multiplici, ſic in tenuem lentamque lympham cohaluit, ut minimo caloris pulſu incitata, quaquaverſum enitatur, ut evolet; ſpiretque in ſingularem & ſpecifici corporis, & individuae partis ſeu vaporem, ſeu halitum placet vocari: qui ſtatus expeditiſſimae, exquiſitaeque ad motum alacritatis, non volatilitas modo, ſed ſpontanea animalis humoris mobilitas jure vocatur. Cieri enim ſpontaneo quodam conatu, atque agi in motum, ſeu calorem refugiant, ſeu expanſili vi ab anguſtiis in apertum enitantur animales humores, indubium eſt; prout complura fortaſſe naturalis oeconomiae phaenomena, conſideranti teſtantur.

252. Quae omnia ſi forte rerum gnaris, & naturae ſapientibus probabilia videri potuerint, dignaque, quae & ſuffragiis procerum, & perſpicuis argumentorum rationibus confirmata, inclareſcant; eadem & auditu quoque non injucunda, & ad uſus artis non inutilia fore auguramur: praeſertim quum revelata contagiorum origine, diſcuſſa non coeleſtis modo, ſed aereae quoque ad contagia poteſtatis formidine, ſpes eluceat non mediocris fore aliquando, ut paratiora avertendis, & perſtinguendis etiam peſtilitatum omnium contagibus, promptiſſima tandem auxilia aegris mortalibus afferantur.

253. Porro equidem, ſi morbos liceat a magnis temporum conſtitutionibus futuros praenoſcere, ut HIPPOCRATES paſſim & luculenter oſtendit, numquid non eoſdem liceat, ordinatis vivendi legibus, & diaetetica diſciplina, maximam partem praevertere? Reclamat ratio, & magiſtra rerum experientia. Quin immo, aut nullam eſſe medicinam, aut illam hac ipſa, quam prophilaxim nominant, valere plurimum fateamur. Nec dubitandum quin ipſi quoque legum latores bene mereri de vita hominum, ut olim apud Judaeos, Indos, Aegyptios, ſic noſtris etiam temporibus poſſint, ſi in haec diligentius animadverterint.

254. Nec quicquam repugnat, arbitror, quum armentis pecudum, per tempeſtates & loca praeverti metus periculorum diligentia, & impenſis curis videmus; quum canes, equos, bovilia, defricatione & permulſione corporum aſſidue multa, regimine, victu vario curamus in dies: aliquam etiam adhiberi his populorum gregibus pro-

providentiam. Quandoquidem non contagia modo, & endemios, quos vocant, ſed epidemios quoque, aut per certas annorum, aut per inſuetas graveſque temporum conſtitutiones, indicatis per aetates & ſexus periculis, propoſitis pro vitae genere, pro conditionibus hominum, praeceptis, legibus, & ſalubri diſciplina, poſſe nonnumquam praeverti, aut reddi leviores credendum eſt. Nec enim fruſtra de ordinandis publicae ſanitatis legibus, de praecavendis populariter morbis, quamquam non ſaepe, non ſatis, aliquanto tamen diſputatum eſt ab authoribus. (87)

255. Contagia vero, ut animali conſtant natura, & invictis plerumque viribus perſtant; ſic utique non ullo magis auxilio, quam fuga, & vitatione vincuntur. Verumtamen in his quoque exquiſitum vitae regimen, comparatio ſalubrium, tandem ipſa ratio & vis diſciplinae, quae eſſe in omnibus magna conſuevit, praemuniendis adverſus labem corporibus, valere plurimum cenſenda eſt. Quo ritu non peſtes modo, ſed Variolarum etiam, quas vocant conſtitutiones, facere minus timeri, receptum eſt publice privatimque apud multos. (88)

(87) Incredibile dictu eſt ante omnia, quam multis erroribus vita hominum & regimen teneatur, quos emendari oporteret. Memini quum anno 1779. conſtitutio vehementer ſicca a Januario ad Junium duraret; fuiſſe communem non vulgi modo, ſed omnium pene ordinum opinionem, ut crederent illo anno ab oleribus, & horaeis fructibus fore diligenrer cavendum. Atqui putridae in primis febres, & bilioſae, quas dicunt, pleuritides, illo anno potiſſimum a quintili ad hyemem invaluerunt: quas porro recens, edulcans, e vegetabili, victus maximam partem avertiſſet.

(88 Quum acris illa de inferendis variolis diſputatio vehementius arderet, & magna eſſet, praeſertim de corporum

256. Defervet jam autem, opinor, in dies, atque etiam tandem obſoleſcet, celebrata illa multorum opinio, qui quum peſtes vitatione una, poſſe anteverti concederent; Variolas tamen, morbillos, pangendis ultro contagibus, immo communicandis, immittendiſque ex induſtria, in ſingulos, in univerſos, & reddi innocuas, & aliquando perſtinctas iri praedicaverunt. Abſurdum enim eſt, qua via perennant cuncta, & viviſcunt, eadem quicquam poſſe conſumi, & vaneſcere: nec, ſi cui forte, opportune & utiliter peſtis eſt data; eadem poſſit in omnes, ſine detrimento & exitio, vulgari. (89)

257.

praeparatione ad inſitionem, contentio; fuiſſe aliquos, in magno illo ſcribentium numero fatendum eſt, qui praeparatione hac iſta corporum, nempe exquiſita per quaſque conſtitutiones, victus ratione, ſi qua morbum frangere poſſet, non inſitionem utique, ſed ipſum variolarum morbum ſponte ingruentium, fore oppugnandum profiterentur. Fere autem quum conſtet inſitionem nec ſingulis tuto, nec vulgo pluribus poſſe adhiberi; hanc unam tamen humanitatis & providentiae pleniſſimam, hanc unice opportunam univerſis, quae praemuniendis corporibus, morbum antevertit, aut minuit; hanc qui receperit, qui publice habendam, & uſurpandam praeceperit, praeter unum, quem merito celebrant Regem, Europa tota neminem video. = Brevis inſtitutio, quomodo ruricolae, & omnino ii qui Medico deſtituti ſunt, variolis graſſantibus ſe ſe gerant; data 1768. juſſu Regis Boruſſorum potentiſſimi, a Collegio Medico. *Berol. &c.* Fervebant autem ea tempeſtate hominum ſtudia Noſocomiis publice ubique ad inſitionem conſtituendis.

(89) Indicamus hic inſitionem vulgarem, quam & promiſcuam vocare ſolent. Probatum enim eſt, incaſſum contranitentibus multis, vulgato per inſitionem contagio, variolas non modo epidemice endemicas factas eſſe; ſed ut ægrotantium, ſic & pereuntium eo morbo numerum notabiliter auctum eſſe. *RELHAM a refutation of the Reflexions .... by Dr RAST. Lond.* 1770. *IWon DOEVEREN de Variol recid. Comment. Soc. Harlem.* 1770. *BERGIUS Act. Svec.* 1767. *VOGEL*

257. Noviſſimum illud eſt, Variolas, Celticum, peſtes, rabiem item, & contages pleraſque omnes; in reliquis autem morborum generibus, Comitialem in primis, inſanias, lithyaſim, podagras, caetera paſſim, quae pene inſanabilibus accenſentur, nec tutam artis opem, nec medicinam certam umquam habitura, donec conjunctis multorum ſtudiis, impenſis curis, tentatis experimentis, & remediorum periculis, pro ſingulorum ingenio atque vi, quae ſint in ſingulis partes naturae, quae ſuperſint arti perfugia, cognitum ſit, & revelatum perſpicue.

Quod equidem rerum ſagacibus exoptatum jam diu, tentatum leviter aliquando, ſuſceptum etiam nuper beneficentia maximi Regis, perficiet tandem illa quae praedicatur in dies, magnorum Principum in genus hominum charitas. (90)

de cognoſc. & curand. morb. 1772. *MUDGE Tranſact. Medic. Coll. Med. Londin.* 1772. *DOSSIE Memoirs of agriculture &c.* 1771. *Act. Hamburg.* 1772. *Act. Berolin.* 1773. *&c. Van den BOSCH Tentam. de Variol. praecav.* 1770. *&c.* Quod diſputatum alias [a RASTIO 1767.] LETSOMIUS tandem atque PRINGLIUS prolatis Tabulis, quae pari annorum intervallo, ab recepta inſitione, adjecta [Londini] caedibus variolarum 24540. hominum capita oſtenderent, extra omnem dubitationis aleam poſuerunt. *Proſpect. de la mortalité de Londr.* 1773. *ap. Rozier* 1776. Quo minus mirandum eſt, pluribus Galliarum municipiis, inſitionis licentiam novis tandem legibus fuiſſe omnino coercitam; quarum etiam exempla nuper accepimus.

(90) Hanc unam fore inveniendarum adverſus difficillimos morbos curationum, viam, ii maxime intelligere viſi ſunt, qui unam hanc perficiendae artis methodum propoſuerunt. Eam autem BAGLIVIUS in primis exaratis diligenter praeceptis & legibus ordinaverat; ut foederatis toto orbe medicis, conſpiratione omnium una, medendi ſcientia, experientiae funda-

mentis innixa, certa tamdem aliquando, & demonſtrata conſiſteret. [*ej. Op.*]

BAGLIVII votum, porro perarduum, tentatum dein fruſtra a CHIRACIO, ſuſcepit tandem [1776.] ſub auſpiciis opt. Regis, quae viget hodie R. Medic. Soc. Pariſienſis, eademque aliquando perficiet, quae magnis viris, magnis opibus fulta, non tam cumulandis obſervationibus, quam redigendis etiam artis praeceptis inſudatura eſſe videatur.

Inter haec autem dolendum eſt etiam atque etiam, quae fuerant tandem, Pariſiis item, unico exemplo, poſt annum 1775. inſtituta, inſtruendis venereorum curationibus valetudinaria, eadem ante annum 1779. compendii cauſſa, debuiſſe aboleri. *De HORN. Obſerv. T. I. Introd. &c.*

FINIS.

INDI-

INDICIA RERUM.

§. I.

De Conſtitutionibus generatim.

Epidemici nomen vetus. Num. 1.
Ut morbi, ſic & eorum cauſſae; privatae, quae ſporadicos; communes, quae epidemicos faciunt. 2. 3.
Morborum principia eadem quae vitae; cibi, potus, aer. 4.
Aeris neceſſitas major, quam cibi. 5.
Gentes abſurdis cibis utentes. *Not.* 1.
Beſtiarum exempla, quae victu levi juvantur. 6.
Et hominum longaevorum. *ib.*
Cauſſae longaevitatis. *Not.* 2.
Potiſſima aer. *ib.*
Alimentorum aeſtimatio. 7.
Vis a ſpiritu aut aere incluſo. *ib.*
Corpus maximam partem liquidis conſtat. 8.
De Nutricatione. *Not.* 3.
Corporis ſolida non mutari, qui dicant. *ib.*
Inſtaurandis fluidis alimenti plurimum impenditur. *ib.*
Solidis, quam minimum. *ib.*
Evolutio, & detritio quibus ſupplentur? *ib.*
Interius deteri partes, & ſupplemento farciri, pene repugnat. *ib.*
Nec tamen nutritio unice a repletione. *ib.*

Robur

Robur corporis refici citiſſime, & minimo. *ib.*
Corporis exſolutio, dat terrae quam minimum. *ib.*
Robur corporis unde? *ib.*
Quæ ad firmitatem corporis faciant? vis vitae a ſpiritu. *9.*
Corporis primordia idem docent. 10.
Hippocr. de ſpiritu & flatu ſententia. 11.
Hinc cauſſae morborum. *Not.* 4.
Humorum in corporibus vices, & tempora. 12.
Horum aequilibrio, ſanitas diſſidio morbi conſiſtunt. *ib.*
Spiritum pervadere corpus undique. 13.
Veteribus, & modernis quomodo innotuit? *Not.* 5.
Quem fixum aerem etiam nominant. *ib.*
Ejus vis ad vitam maxima. 14.
Eo ſpiritu (aeris) aeque alitur ignis & vita. *Not.* 6.
Utriuſque pabulum jure appellatur. *ib.*
Ut ille ſpiritus, permotus intus, officiat. 15.
Conjectura de facultate aeris, ſeu ſpiritus, ad vitam, maxima, ex primore vi & puritate naturae. 16.
Ejus neceſſaria alteratio. *ib.*
Platon. de vitae conſtitutione conjectura notatur. *Not.* 7.
Naturae circa aerem oeconomia. *ib.*
Diverſarum aeris temperationum cauſſae. 17.
Quae itidem cauſſae morborum. *ib.* & *ſeq.*
Inde quae dicuntur conſtitutiones annuae. 21.
Diariae, & Anomalae. 22. 23.
Harum ordinatio ex Hipp. *Not.* 8.
Conſtans humorum, per anni tempora, in corpore dominatio. 24.
Propoſitum operis. 25.

Pri-

Primum de anomalis conſtitutionibus, quas *non communes* ideſt *magna Epidemica* vocari placet. 26.

§. II.

De communibus Epidemiorum & Contagiorum proprietatibus.

Epidemiorum phaenomena ſatis nota, ratio adhuc in abdito. Num. 27.
Nec Variolae ingenitae, nec celticum a Coelo. *ib.*
Quod veteres *divinum* in morbis, id moderni *Latens* dixerunt; utrumque ſuperſtitioſe. 28.
Divinum illud primus Hipp. refutavit. *Not. 9.*
In eam rem locus Cicer. egregius. *ib.*
Res digna indagine; Scriptorum opiniones. 29.
Obſervata epidemiorum communia. 30.
Horum rationes. 31.
Cauſſae unde ſint? 32.
Principia morborum, quibuſdam, immutabilia. 33.
In his alia eſſe venena. *ib.*
Quae diſtant a peſtilentibus & contagioſis. 34.
Habent naturam, rationem, vim ſibi propriam. *ib.*
Peſtis & epidemior. contagioſa eſſe principia. 34.
Quae ſeminia, miaſmata, nominantur. *ib.*
Ea vi ut facile propagentur. *ib.*
Sint ne a terrenis, ab aere, incertum cenſeri. 36.
Sed ferri eadem per aerem, videri. *ib.*
Eadem miris modis conflata, quae coelo adverſo, ac ſecundo aeque erumpant. 37.

Ve-

Veteribus unde ea eſſe placuit? 38.
Modernis ſimiliter; ita tamen, ut in aere adunentur, & perſtent. 39.
Hinc quot cauſſae, tot fore contagia. ib.
Quum in aere eſt, vocari *Latens epidemicum*. 40.
Communicari contagio humano. ib.
Ergo horum ſedem, aera; vehiculum, animale corpus haberi. 41.
Atque haec hactenus, ſcriptorum promiſcua. 42.
Quae perpendenda. ib.

§. III.

De Latente Epidemico.

Qui *Latens epidemicum* a veteribus repetunt, abutuntur Hipp. auctoritate. Num. 43.
In quo fere Sydenh. & Boerh. lapſi. ib.
Ballon. de *divino* explicatio. *Not.* 11.
Divinum in quo ponant. 44.
Epidemicum quale eſſe oporteat. 45.
Epidemicum non afficit corpora, niſi diſpoſita. 46.
Proin *latens* fruſtra proponi. 47.
Aer num corrumpatur? 48.
Non videtur. Non poteſt. ib.
Nec inde Latens progignitur. ib.
Naturae vires inſtaurando aeri datae. *Not.* 13.
Indicantur. ib.
Elementa, naturae vi, inſtaurantur in dies. 49.
Latens in aere, ut ſit, quale eſſe oporteat. 50.

Quum

Quum tale eſſe nequeat, eſſe nihil conſequitur. *ib.*
Nec morbi varii ab uno principio gignuntur. 51.
Nec certa, niſi certos inducunt. *ib.*
Nec corporum conſtitutio in his quicquam variat. 52.
Quum manifeſta ſuperſunt, ad ignota fruſtra confugitur. 53.
Etiam contagia ſine contagiis naſcuntur. *ib.*
Aer in atmoſphera non contabeſcit; nec epidemicum coaleſcit in aere; nec peſtilens quicquam periodice renovatur. 54.
Epidemia & peſtes qui periodica crediderint, notati. *Not.* 16.
In *aere fixo* epidemici cauſſam non eſſe videri. 55.
In illo enim veneni vis eſt; contagii ſimile nihil eſt. *ib.*
Wilſon. & Waller. de *aere fixo* ſententia. *Not.* 17.
Peccatum eſt in his graviter, & ſaepe, oſcitantia. 56.
Contagia peſti, qui negarint, notati. *Not.* 19.
Natura nil temere. 57.
Ubi contagia ſunt, epidem. fruſtra quaeritur. *ib.*
Epid. diſſeminari contagio repugnat. *ib.*
Ut neceſſario repugnet. *Not.* 20.
Ratio erroris, & cauſſa. 58.
Sunt peſtes animantum ſpeciebus propriae ſingulis, & variae. 59.
Sunt & promiſcuae. *ib.*
Sed nullum animal peſtem ſine contagio prehendit. *ib.*
Quae repugnant ab epidemico. *ib.*
Firmantur eadem authoritate & exemplis. *Not.* 21. 22. 23.
Rurſum, contagia ſponte naſcuntur. 60.
Contagia ſtagnatione acuuntur, & aſperantur. *Not.* 24.

An-

Annus peſtilens, intactis ſalubrior viſus. 61.
Peſtis cachecticos minus; nonnumquam aetates, ſexus, loca, vehementius affecit. ib.
Utrumque firmatur, exemplis locorum. Not. 25.
Authoritate ſcriptorum. Not. 26.
Quae omnia epidemicum non eſſe *Latens* in aere, convincunt. 62.
Novis exemplis idem pervincitur. Not. 27.
Nempe peſtem, quovis in aere, non niſi contagia efficiunt. 63.
Contagia variis varia nocent. ib.
Contagia qui vitaverit, peſtem certo vitavit. ib.
Peſtes, quotquot fuerunt, per contages veniſſe. 64.
Frequentiſſimas Bizantii, Turcarum incuria. ib.
Reliqua Europa rariſſimas, diligentia evaſiſſe. ib.
Firmatur exemplis peſtium pene omnium. Not. 28.
Quot eae numerentur? ib.
Non ergo peſtilens ab Epid., ſed a contagiis. 65.
Epidemium non ab occultis, ſed a manifeſtis aeris qualitatibus in corporibus coaleſcit. ib.
Igitur, ſublato *Latente*, quaenam futura ſit ratio epidemici? 66.
Quae origo & vis contagiorum? ib.

§. IV.

De ratione Epidemiorum.

Hippocr. peſtiferos ab epidemicis pernicie magis, quam natura diſtinxit. Num. 67.

Ga-

Galenus item peſtem, tamquam ſpeciem diſtinxit a genere. 68.

Contagia praetervidit uterque. *ib.*

Hipp. *morboſam aeris excretionem* propoſuit. Contagia non attigit. 69.

Gal. leviter commemoravit. *ib.*

Tamen nota Ariſtot. Thucid. Lucret. &c. *ib.*

Loca Scriptorum, quibus contagia indicantur. *Not.* 29.

Hinc omnia deinde, ſuper epidemicis, apud authores incerta. 70.

Certum unum, ut peſtem ab aere derivarent. *ib.*

Argumentum medicor. ab Hipp. deductum. *Not.* 30.

Amm. Marcell. de cauſſis peſtis ſententia. *ib.*

Epidemica deduxit Hipp. a manifeſtis aeris qualitatibus. 71.

Revera epidemici poteſtatem eſſe in aere, ſed non *Latentem*: eſſe contagiorum naturas, ſed has nec in aere, nec epidemicas. 72.

Proin diſtinguendum inter haec, ut nec epidemico peſtis, nec contagiis epidemica vis tribuatur. 73.

Ut ea diſtent inter ſe. *ib.*

Error veterum ab ignoratis contagiis. 74.

Ergo ſuffectis *divino* contagiis, epidemiorum cauſſa facile in aere cum Hipp. reperitur. 75.

Quae ex manifeſta ſenſilium aeris qualitatum mutatione conſiſtunt. *ib.*

Proin ex animalis oeconomiae legibus, ſine *divino* & *latente* ullo, facile intelliguntur. 76.

Ergo epidemicum eſſe inſignem aliquam in ſenſilibus aeris qualitatibus mutationem. 77.

Quo

Quo titulo epidemica magna, a magnis temporum perverſionibus comprehenduntur. *ib.*
Coelum, atmoſpheram, aerem, unum idemque eſſe, quorum vi corpora inſigniter permutantur. 78.
Corpora variis principiis, & varie ordinatis ad varias coeli conſtitutiones conſtare. 79.
Harum mutata vi mutari etiam corpora. *ib.*
Has autem mutationes, ſi quodam ordine fiant, e natura eſſe putandum eſt. 80.
Iis mutationibus interceptis corpora neceſſario periclitari. 81.
Adminiſtrari autem eas manifeſtarum aeris qualitatum vi & poteſtate perſpicuum eſt. 82.
Maxime ſi junctis viribus operentur, ut frigus ſiccum, aeſtus humidus &c. 83.
Valent autem potiſſimum duratione. 84.
Imprimis permutatus temporum ordo, & praepoſtera viciſſitudo. 85.
Quae ſi ſpatio invaleſcant, etiam annuos morbos in epidemicos vertunt. 86.
Quam jure & utiliter de his monuerit Hipp. 87.
Loca ejus. *Not.* 31.
Ejuſdem item & aliorum in id ipſum. *Not.* 32.
Authoritas eventu firmata. 88.
Coroll. de ratione atque uſu metheorologicarum obſervationum. *Not.* 33.
Exempla in Thaſo & Cranone ex Hipp. 89.
Ejus mira ſagacitas. *ib.*
Authoritas probata exemplis Gal. Valeſ. Hux. &c. 90.
(Quorum teſtimonia afferuntur. *Not.* 34.

Ba-

Bacon. Verul. locus proponitur. *Not.* 35.

Gal. locus, ut a ſententia recedat. *ib.* & *Not.* 26.

Quo oſtendunt non modo ſine *occulto*, ſed etiam ſine vi aeris epidemicos fieri. *ib.*

Ergo vi tempeſtatum morbos annuos, regulares &c. vel magna epidemica generari. 91.

Horum cauſſas remotas manifeſta vi aeris, proximas mutatione corporum contineri. 92.

Exemplo Febris Britannicae. 93.

Ejus aetas. *Not.* 37.

Morbi Boſtonienſ. *ib.*

Cujus hiſt., cum aliis. *Not.* 38.

Obſervata Perkinſii ſuper his. *Not.* 39.

Omnino fieri haec latentium in corpore mutationum poteſtate. 94.

§. V.

De proprietatibus eorumdem.

Epidemiorum proprietates recenſentur. 95. 96.

Ex his item doctrina firmatur. *Not.* 40.

Sydenhamii ſuper his cogitata. 97.

Latens recepit, ſed & aeris qualitates. 98.

Peſti neceſſaria contagia, & originem certam. 99.

Ejus, & Mead. loca. *Not.* 41.

Confectaria ex his. 100.

Epidemior. proprietates a conſpicuis aeris qualitatibus derivari oportere. 101.

Exin peſt. & epidemior. phaenom. quaedam. 102.

Quae firmantur Hipp. authoritate. 103.
Convincitur idem iterum. 104.
Diſtinguenda ab his, quae morbo aeris endem. fiunt. 105.
Quo referenda Sydenh. doctrina, & Pujati. *Not.* 42.
Ejus inter endem. & epidem. comparatio. *ib.*
Confirmatur etiam aliunde. 106.
Corpora varia oportet variis & temporum intervallis, & modis mutari. 107.
Probatur exemplis. 108.
Eadem valent de aetatibus, ſexibus &c. 109.
Epidemica quatenus in contagioſos nonnumquam erumpant. 110.
Exemplo Variolarum. *ib.*
Ea res explicatur. *Not.* 43.
Mercurialis & Capivaccius ut olim decepti. *ib.*
Epidemicum inter & contagia diſcrimen. *ib.*

§. VI.

De Contagiis in univerſum.

Contagia ut effectus, veteribus nota. 112.
Ut haberent vim cauſſae non perviderunt. 112.
Probatur ex Herod. & Grun. *Not.* 44.
Peſtem enim & exanthemata viderant. 113.
Variolas, (quicquid contra) non viderant. it. 113.
Qui notas fuiſſe velint . . . . qui negent. *Not.* 45.
Argumentum Ori Apoll. ex Columbis. *ib.*
Proin a modernis omnis contagiorum doctrina. 114.
Qui de his egerint, & qualiter. 115.

Con-

Contagium quid ſit.... & quale. 116.
Contagii ſignificatio quotuplex. *Not.* 46.
Epidemicum quale ſit? quid malignum? 117.
Ut diſtent ab invicem. *ib.*
Maligni deſcriptio. 118.
Eadem ex Grantio. *Not.* 47.
Maligni qualitates, & differentiae. 119.
Contagia a venenis quid diſcrepent. *Not.* 48.
Contagiorum qualitates, & modi. 120.
Ejuſdem gradus. 121.
Peſtis ſignificatio, peſtilentia, peſtilitas. *Not.* 49.
Num poſſit definiri..... deſcribi. *ib.*
Qui in eo erraverint.... circumſcribitur. *ib.*
Epidemicum, malignum, contagioſum, quo differant. 122.
Contagia certo conſtant corpore.... & perſtanti. 123.
Activo magis, quam tenui. *ib.*
Adhaerent valide, difficulter mutantur. *ib.*
Eadem perſtant diu..... nocent diſpoſitis. 124.
Corpora vehementer mutant. *ib.*
Vim vitae maxime afficiunt. *ib.*
Agunt ſuo quaeque modo. 125.
Corpus, ſi dimiſerint, dicuntur reddere immune. *ib.*
Facti fides a Thucid...... aliis dubia. *Not.* 50.
Cum Epid. ſentiunt vim coeli & tempeſtatum. 126.
Quae corpora magis, aut minus reddunt obnoxia. 127.
Exempla peſtis in Aeg. & Syr. per tempeſtates. *Not.* 51.
Ex quo erroris cauſſa.... Ejus phaenomeni ratio. *ib.*
Praecipua contagiorum proprietas, ut nec vitae viribus, nec artis praeſidiis facile cedant. 127.

§ VII.

De iiſdem ſpecifice.

Num in aere gignantur & perſtent?

Difficilis & obſcura quaeſitio. Num. 128.

Obſcuriorem fecit communis ſcriptorum vulgo doctrina. 129.

Quemadmodum Latens, ſic ne contagia quidem in aere gigni & conſiſtere. 130.

Contagia, undecumque ſunt, adhaerent multis, ſed in aerem abrepta extinguuntur. 131.

Experimento pervulgato & communi. *ib.*

Aeri craſſo adhaerent, perflatione extinguuntur. 132.

Aer extinguendis, non gignundis hujuſmodi datus eſt. *ib.*

Contagiorum affinitates. 133.

Cum aere, & cum ſubſtantia animali potiſs. *ib.*

Cum aqua, & cum corporib. quae levi & raro ſunt textu. *ib.*

In aere humido ſervantur. *Not.* 52.

Sed per aerem longe ferri negatur. *ib.*

Ex omnigena corruptorum expiratione, aer tamen in univerſum purus ſervatur. 134.

Vapor ſepulchrorum, lethalis. *ib.*

Non late ſerpit . . . . abſumitur. *ib.*

Eo extincti, & de coelo tacti, in quo diſcrepent. *Not.* 53.

Peſtilens vapor, quatenus laedat. 136.

Corrumpere aerem nequit. *ib.*

Acer-

Acervatus in aere craſſo, aliquandiu perſiſtit. 137.
Perflato & libero, abſumitur. ib.
Authoritates. *Not.* 54.
De ſepulchretis campeſtribus annotatio. 138.
Ut laudanda ..... ut ſupplentur. ib.
Peſtes numquam vento advenere. 139.
Nec a terrenis manantia peſtem fecerunt. ib.
Exempla hiſtoriarum, ſuper his admodum dubia. *Not.* 55.
Exempla peſtium a veteribus arte extinctarum, explicata. 140.
Nempe mutandis aeris conditionibus. *Not.* 56.
Extinguendis endem. & epid...., ut olim Romae, frequentib. ib.
Exemplum Hipp. famigeratum. 141.
Deſumptum ab Acrone aut Jachene... quo valeat. *Not.* 57.
Aerem, ignes, humo tenus expurgant. 142.
Quo contagia, craſſo in aere, repunt. ib.
Hinc phaenomena pleraque peſtilitatum, epidemior. rationibus inacceſſa. 143.
Ut contagia neceſſe ſit, in aere extingui. 144.
Habere aliunde certas origines. ib.

§. VIII.

De Contagiis.

Num eadem a terrenis in corpora aſpirent.

Contagia, num a terrenis exiſtant? Num. 145.
Galenus putredinis rationem, Fernelius occultas qualitates, ad hanc rem, fere primi attulere. 146.

Hinc reliquorum, poſt Altimarium, diſputationes. *ib.*
Ex omnigena expirantium colluvie progigni in aere contagia. 147
Hinc eorum varias nocendi vires .... & vices. 148.
Ea ut rationi, & naturae repugnent. 149
Fortuito concurſu coagmentari contagia, negatur. 150
Authores in utramque ſententiam plurimi. *Not.* 58.
Explicantur . . . . . notantur. *ib.*
Senec. & Plin. loca. *ib.*
Contagiorum principia eſſe certa, effectus certi & perpetui demonſtrant. 151.
Horum e terrigenis nihil tale. *ib*
Vitio locorum cauſſae plures exiſtunt, etiam quae contagibus faveant. 152
Contages ipſas numquam extitiſſe. *ib*
Contagis ratio quae neceſſaria. *ib*
Contagia quaedam potuerunt primitus vitio ſoli, aeris, ciborum in corporibus generari. 153
Elephantiaſis, ſcorb. celticum &c. *ib*
Nempe corporibus ſenſim alteratis, ea labes paullatim ſuccrevit. *ib*
Spatio, in contagem inolevit. *ib*
Sic ortas contages tardas, corporatas materie animali, inhaeſiſſe locis certis terrarum. 154
Et duraſſe. *ib*
Firmantur haec exemplo Elephantiaſis. *Not.* 59
Eam Lucr. & Gal. Aegypt. propriam teſtantur. *ib*
Gal. locus, Alpini conſenſus. *ib*
Loca praeter Aegypt. varia .... contagioſa eſt. *ib*
Jaw, Epian, Celticum in America, ſimili ortu, forte

ſorte ſimiles cauſſae dederunt, & ſcorbut in Hyperboreis. *ib.*

Endemici quoque, etſi aliquando in peſtilentes erumpant, tamen contages non ab aere, aut ſolo, ſed a corporibus mutuantur. 155.

Miaſmata ex putri aere & ſolo, non ſunt contagia ipſa per ſe, ſed cauſſae excitandis contagiis. *Not.* 60.

Contaminatis enim per haec corporibus, contagioſi morbi poſſunt erumpere. *ib.*

Explicatur exemplis, dormientis noctu ſub dio, puerperae in aere calido, & clauſo. *ib.*

Contraria Alexandri ſententia rejicitur. *ib.*

Conſilium naturae in omnibus. 156.

Nil facit fortuito. Affinitate, & averſatione cuncta reguntur. Duratio rerum conſenſu partium; seceſſione interitus omnium. *ib.*

Diſſidium naſci multis de cauſſis etiam inter ſimilia. 157.

Hinc naturae regimen aliud. *ib.*

Conſpiratio quaedam rerum pene omnium ad conſervationem mutua. *Not.* 61.

Exemplo aeris, qui inſpiratione animalium corruptus, reſpiratione plantarum inſtauratur. *ib.*

De inanimis valent eadem magis. Vinum vicinorum expirationibus facile laeditur. *ib.*

Radicum expiratio mephitica. Amores, inimicitiaeque plantarum. Earumdem morbi ex contagio. *ib.*

In Pomariis tabes pomi contagioſa ſimilibus. 158.

Eadem carnibus, caſeis &c. innoxia: afflatu corruptae carnis carnes vitiantur, quo ipſo olera recreantur. *ib.*

Omnino affinia affinibus, diſſidio partium, maxime nocent. 159.
Noviſſime e terrigenis manare multa corporib. noxia. 160.
Etiam quae contages poſſint aliquando in corporibus excitare. ib.
Contages autem ipſas, a terrigenis actu tales, omnino numquam. ib.
Ergo nec *Latens* in aere, nec contages a terrigenis poſſunt exiſtere. 161.
Nec tale quicquam uſquam viſum. ib.

§. IX.

De Origine Contagiorum Animali.

Quae nec ab aere ſint, nec a terrenis, contagia, eadem eſſe ab animali natura credendum eſt. N. 162.
Sed dubium num ne animata etiam, & actu viventia. ib.
Opinio veterum ſuper his, revocata a modernis. 163.
Obſcura res, quorumdam levitate reddita infirmior. ib.
Kirker. Lanciſ. Reaum. multa ſuper his. *Not.* 62.
Valliſnerius accuratiora docte, & utiliter. ib.
Teſtimon. veterum Varron. & Colum. 164.
Probant originem contagiorum animalem, magis quam animatam. ib.
Loca Pallad. Vitruv. Lucret. *Not.* 63.
Actu viventium contagiorum opinioni plura repugnant. 165.
Recens opinio Plenciz expenditur. *Not.* 64.
Rejicitur. ib.

Me-

Menureti germina contagioſa improbantur. ib.
Proin hauſtis cum cibo & aere inſectis quae e paluſtri coeno progerminant, putridos morbos poſſe facile oriri. 166.
Peſtes a vivis in corpore inſectorum contagiis progigni, non poſſe. ib.
Qui talia credunt, ut decipiantur. 167.
Fermentatio explicandis contagiis non ſufficit. 168.
Fromond. eam ſententiam tuetur. N. 65.
Contagiorum propagationem fieri affinitate, & ſimili attractionis effectu, credibile. 169.
Certorum effectuum certas oportet cauſſas haberi. ib.
Horum elementa ineſſe corporibus demonſtrant contagia ſponte naſcentia. 170.
Coacervatis in anguſtum corporibus peſtilitas pene ad arbitrium excitatur. ib.
Peſtilentium morborum in carcerib., navibus &c. exempla apud authores frequentia. Not. 66.
Ab Arriano in canibus. De judicio Oxon. ex Cambden. ib.
Perſpirabilis vapor cohibitus, aut revocatus, in corporibus in malignum mutatur. 171.
Seceſſione humorum ſpontanea, maligni item morbi .... item artis errore. ib.
Ineſſe corpori materiem in contages ituram. 172.
Contagis, promptiſſima, propagatio. Not. 67.
Inter contagia, & venena animalium diſcrimen. Actio contagis, ſcintillae ſimilis, aut fermenti. ib.
Cur beſtiarum venena carent contagio? ib.

Quae ex cadavere exhalant; eadem fuerant in vivo. 173.

Contagiorum & peſtilentium varia in variis, ſed perſtans in omnibus & ſibi conſtans natura. 174.

Corporum item & humorum in ſingulis mixtiones diverſae. 175.

Hinc contagiorum quoque vim variam in ſingulis .... nec nocere niſi aptis .... Quae apta? *ib.*

Quid ea aptitudo ſit, quæ diſpoſitio vocatur? *Not.* 68.

Cur venenis apta corpora plerumque omnia. *ib.*

Contagiorum vis & ratio in univerſum. 176.

Quid fomes? Contagis actio,. . . varietates . . . effectus. *ib.*

Fomites reperiri in corporibus. 177.

In aliis alios, atque aliter. *ib.*

Diſpoſitio, quae dicitur, quotuplex. *Not.* 69.

Hinc contagiorum etiam poteſtates in corpora, per tempora, incertae. 178.

Quo facit etiam fomitis copia. 179.

Ut omnia omnino ſuis cauſſis reſpondeant. 180.

Cur recidivae metus variolis & peſtibus minor? 181.

Mutari per magnos morbos corporum conſtitutiones quae monſtrent. *Nót.* 70.

Quae corpora facilius a contagiis laedantur? . . . quae gravius. 182.

Quatenus varient haec iſta quoque. 183.

§. X.

§. X.

De Contagiorum materie & formatione.

Qua materie, quo loco corporentur intus contagia? Num. 184.
Vita animalis coaleſcit motu, & calore. 185.
Eo miniſterio nutritur, & viget. *ib.*
Ut omnia in corpore noventur, veteraſcant, diſflentur. 186.
Quo, corpora olidum ſpirant. *ib.*
Eam ſpirationem num liceat vaporem animalem vocare? 187.
Multa perſuadent. *ib.*
Phyſiologorum volatile foetidum. 188.
Phyſicor. phlogiſton. *ib.*
Halleri *halitus*, & *pellucidus liquor*. 189.
Wilſon. recens ſententia. *ib.*
Mirum tot eſſe ex animali corpore olentium varietates, quot ſpiracula & halitus. 190.
Eaque omnia variare per genera, per ſpecies, per aetates, & ſexus, multimodis. *ib.*
Ex tot his unam conflari individuam cujuſque corporis ſpirationem. 191.
Per morbos & mortem variare iterum haec omnia. 192.
Ex putri cadavere aſpirans vapor in ſanum, veneni vices, aut contagis exercet. 193.
Etiam e ſanis corporibus expirant talia, queis effoeta corpora, revireſcunt. 194.

An-

Annotatio de ſagina lanionum, cetariorum &c. *Not.* 71.
Ergo etiam contagem ex animali materie, attenuata, alterata conflari. 195.
Fit autem id ipſum vi caloris & motus. 196.
Nempe motu projectili; quo temperato, arcentur; intentiore ad putredinem inclinantur. *ib.*
Tota putredinis animalis, & volatilitatis ratio proponitur. *Not.* 72.
Qui duo neceſſarii vitae vitalis, nempe caloris & motus, effectus cenſentur. *ib.*
Is motus (vitalis) a projectili in inteſtinum mutatus, putredinem accelerat. 197.
Quo ipſa retenti volatilis actio conſpirat. *ib.*
Sic etiam in anguſto loco expiratio aerem contaminat. 198.
Reſorpta, vitam peſſumdat. *ib.*
Nam primum copia, dein motu inteſtino conſervet. 199.
Omnia corrumpit. *ib.*
Emergens putror, ab iiſdem cauſſis in contagem facile evehitur. 200.
Eſſe his ſuas proprietates. 201.
Quin certas quoque notas, & formas perſtantes... nec fruſtra. *ib.*
Hinc phaenomena. 202.
Cur haereant corporib.? ut agant . . . . ut propagentur. *ib.*
Agunt primum in nervos; 103.
Tum humores diſſociant. *ib.*
Animalitatis vis maxima. 104.

Vis

Vis putridi caloris. 105.
Ut in malignis febribus. ib.
Diſcrimen inter calorem vitalem, & putrificum. 106.
Origine una, modo & effectibus variis. ib.
Quae omnia fieri motu projectili in inteſtinum, & putrificum verſo, credibile eſt. *Not.* 74.

§. XI.

De Contagiorum differentiis in genere.

Contagia, ſi ex animali natura ſunt, variare eadem per genera quaeque animantum neceſſe eſt. Num. 107.
Multiformiter item per loca. ib.
Variant enim & animalia pro conditionib. coeli & locorum. ib.
Vetus philoſoph. opinio confirmata a recentib. *Not.* 75.
Ergo ut locorum & corporum, ſic morborum quoque & genera & ſpecies variare hic illic multimodis. 208.
Auſtralib. & borealibus diverſas corporum expirationes, & peſtes. 209.
Exempla gentium ex hiſt. *Not.* 76.
Aethyopum ex Rhaſi notabile. ib.
Horum ratio. 210.
Peſtes qua parte graviſſimae. ib.
Peſtes Europae exoticas. 211.
Aethyopiae indigenas. ib.
Conſenſu ſcriptorum. 212.
Peſtilentes morbos etiam in Europa exoriri. ib.

Pe-

Peſtes veras, Variolas &c. numquam. *ib.*

Peſtis originem non Aegypto, ut quidam, ſed Aethyopiae deberi rationib. & authoritate firmatur. *Not.* 77.

Phaenomena morborum & putroris oſtendunt contagiorum principia potentiora alicubi haberi. 213.

Inde, ut nec ſpatio vincantur, nec tranſitione. 214.

Suſpicio de *organitatis* principio quodam. *ib.*

Halleri conjectura de irritabilitatis origine. 215.

Impreſſa vis vitae, durat etiam in cadavere. *ib.*

Quod forte ad contagiorum vim facit. *ib.*

Venia verbo (*organitatis*). *Not.* 78.

Experimentum recens. *ib.*

Contagia multiplicari? an evolvi credamus? 216.

Vis contagiorum ab occluſo erumpentium. 217.

Exempla Moſchi & Zibetae. *ib.*

Contagia incluſa acriora fiunt, & erumpendo nocent in proximo. *Not.* 79.

Paullo remotius peſtem ſparſiſſe dicuntur. *ib.*

Inter contagia & haec graveolentia recrementa animalium, quid differat? 218.

Vis contagioſa in materie animali durat ad expletum primae putrefactionis ſtadium. 219.

Putrefactione iterata, *contagitas* (ſi ita vocare fas eſt) mutatur in virus, quod inſtar mephitici necat. *ib.*

Ergo animalis vapor, ſi degenerat, in contagem vertitur. 220.

Ea commiſſa aeri extinguitur. 221.

Excepta fomite durat, ... acuitur magis. *ib.*

Ea-

Eadem in cadavere per putrefactionem cum vitalitate perſtinguitur. 222.

Iterata fermentatione evehitur in ſubitum exitiale virus. *ib.*

Annotatio ſuper vi & differentiis expirationum peſtiferarum per varios earum gradus & modos. *Not.* 80.

1. Vapores omnes, terrigeni aut venenati ſunt, aut putridi: ſed vere contagioſi eſſe non poſſunt.

2. Contagia verae peſtis, pro multitudine & vi qua in corpus irruunt, poſſunt peſtem, aut mortem ſubitam inferre.

3. Eadem ſi diu clauſo loco computruerunt, a vi contagioſa ad virulentam evehuntur. *ib.*

Ad hunc ſenſum redigi oportere exempla ab authoribus relata.

Quae confirmantur recenti Pariſienſium academicorum teſtimonio. *ib.*

Illuſtrantur haec omnia exemplo muſti in vinum & acetum, fermentatione provecti. 223.

Conjectura de ordinatis materiae & corporum per- permutationibus. 224.

Materia animalis, retenta nocet corpori in quo eſt. 225.

Affini poteſt prodeſſe. Retenta nimis, & provecta, acuitur, nocet utriſque...eſt vera contages. Quae nova fermentatione in ultimum teterrimumque virus mutatur. *ib.*

Exempla horum a natura petita. *Not.* 81.

Vaporatio vividi corporis poteſt effoeto prodeſ-

ſe,

ſe ... ut incubatus pullis. Lac, ſemen, ſimilia, nimis retenta effectus graviſſimos praeſtant. *ib.*

Qui cadaveribus peſtē extinctorum vim contagioſam negarint. 82.

Indicati, ... Notati. *ib.*

Contagioſa vis omnis pendet a concepto vitalitatis gradu. 226.

Pro ejus varietate, contagia vi varia hic illic conflari, perſtantia, aut evanida. 227.

Contagiorum indicata partitio. 228.

In acuta & diuturna. Exotica, quae nativa & perſtantia; indigena, quae eventitia, & evanida. *ib.*

Recens Ludov. Bang eorumdem ordinatio. *Not.* 83.

Grantii, enumeratio. 229.

Cur haec indicari oportuerit? 230.

Signa & diſcrimina verae peſtis. 231.

Signa morbi peſtilentis. 232.

Peſtilentes contagio indigena fiunt. 233.

Quod poteſt a perverſis temporum conſtitutionibus excitari in corporibus, ideo contagioſi quum ſint, excitari quidem a cauſſa epidemica poſſunt. Sed communicari, niſi per contagia non poſſunt. *ib.*

§. XII.

§. XII.

Contagium quid ipſum ſit in ſe ipſo.

Contumax materiae conditio, adverſus naturae vires perſiſtit. 234.
Contagia iterum in hoc cum venenis conſentiunt. 235.
Item diſſentiunt. *ib.*
Vetus ſuper his omnium gentium opinio. 236.
Superiore aevo in cauſſas eorum fruſtra quaeſitum. 237.
Teſtimonia veterum contagioſos morbos ab Diis, & coelo ducentium.... a daemonibus. *Not.* 84.
Wirdigii ſingulare commentum. Ramazzini haeſitatio. *ib.*
Contagior. cauſſa non unice putror. 238.
Nec vis ſtimuli, nec ſpontanea degeneratio. *ib.*
Nec ſemper pavor & conſternatio animi. 239.
Sed ſaepe.... ejus effectus alii. *ib.*
Potiſſima cauſſa a nervorum vi fatiſcente. 240.
Item a triſtitia & moerore. 241.
Nempe ſi animalis materia cohibita in corpore, putrifico motu confervet. 242.
Putror in vivo non eſt putrefactio, ſed exaltata, cum lentore & acritate, animalitas. 243.
De contagibus noviter apparentibus. 244.
Quæſitio de origine Variolarum & Morbillorum. *N.* 85.
Obſcura & difficilis. Pauletius & Sarconius laudati. *ib.*

Pau-

Paulet. (Variol. tribuens Aegypto) lapſus graviter in Freind. *ib.*

Freind. loca ex Gallica & lat. verſione. Variolas invectas ab Arabibus .... Viſas primum in Aegypto .... Non deberi tamen Aegypto nec Arabibus. *ib.*

Sarconius lapſus fide Pauletii. *ib.*

Aegyptum quidem excuſat jure .... ſed Freind. immerentem redarguit. *ib.*

Mead. obſervatio; item Sarconii .... ejus eruditio laudata. *ib.*

Opinio de variolar. ortu, probatur. *ib.*

Iter per Japonenſ. ad Graecos & Europam .... Deflectitur. *ib.*

Omnino in Aethiopia ortas defluxiſſe ad Arabes; cum his in Europam .... Teſtimonia *Maſudii* & *Ibn Doreid* .... Aventicenſis authoritas refutata .... Variolar. nomina .... Gruner. & Werloph. conſenſus. *ib.*

Quomodo nova contagia conſueſcant alicubi. 245.

Nonnullorum ſuper his opiniones. *Not.* 86.

Miliarium non vetus in Germania ortus; recens per Italiam progreſſus ... Cavendum ne nova alia invaleſcant. *ib.*

Morbus Regienſis .... Pelagra Inſubrium. *ib.*

Contagium quid ſit ipſum in ſe ipſo. 246.

Qua humorum parte coagmentatum conſiſtat. *ib.*

Non eſſe bilem, nec ſanguinem, nec quicquam horum. 247.

Contineri id vapore, ſeu halitu quodam animali. 248.

Phlo-

Phlogiſton id ipſum ſit, an fixus aer incertum. *ib.*

Contagibus ineſſe conſtat animalem ſubſtantiam. 249.

Non foetore, nec acritate conſpicuam ſed adhaereſcentia & ſtimulo ſingulari .... peſtiferi cadaveris odor Haguenotio nauſeoſus, aliis marceſcentis ſtipulae ſimilis. *ib.*

Videri eſſe volatilem ſpiritum, animali muco tenaciter corporatum. 250.

Seu ex animali materiae ad ſummum animalitatis evecta. *ib.*

Animalis materiae ratio, proprietates, phaenomena. 251.

Niſus ad illum motum qui ſpontaneus nominatur. *ib.*

Horum omnium futura utilitas. 252.

Primum praevertendis effectib. epidemiorum. 253.

Quae poſſint etiam diſciplina legum reddi mitiora. *ib.*

Exemplo veterum gentium & populorum. *ib.*

Quemadmodum armentis, ſic multo magis hominibus providentia poſſe ſuccurri, ut praeſerventur a morbis. 254.

Errores vulgi ſuper his. *Not.* 87.

Contagia vitatione vincenda ſunt. 255.

Tamen diſciplina quoque poſſunt reddi leviora, aut praeverti. *ib.*

Praeparatio corporum quae pro inſitione celebrabatur, multis jure utilis viſa eſt adverſus morbum variolar. ſpontaneum. *Not.* 88.

Tamen publice a nullo praeſcripta, praet. Frider.

der. Boruſſ. Regem. *ib.*

Contentiones & ſtudia pro Variolar. inſitione, ut deferveant in dies. 256.

Ut jure merito. *ib.*

Sermo eſt de populari & promiſcua. *Not.* 89.

Qua propagantur contagia, & mortes. Authorum nomina, talia probantium. Evincitur tabulis Letſomii & Pringl. Novae adverſus inſitionem leges. *ib.*

Morborum hactenus inſanabilium medicina, ut ſit invenienda. 257.

Conjunctis medicorum ſtudiis authoritate & opibus magnorum Principum. *ib.*

Baglivius primus eam rationem propoſuit. *Not.* 90.

Et praeceptis conſtituit. Chiracius fruſtra tentavit. Gallorum Rex ſuſcepit feliciter. *ib.*

SCHEDA
AD CATARRHUM,
SEU TUSSIM,
Quam *RUSSAM* nominant,

PERTINENS.

MONITUM.

Expleta, jam aliquot menſes, libri editione, praefationis editio incidit in illud tempus, quo Germanicae de Tuſſi Ruſſa narrationes afferebantur, negantes contagium. Erat poſitum in praefatione (pag. 5.) = Conſulti nuper de Tuſſi, quam *Ruſſam* nominant, novo, ut apparet contagii genere. = *Contagium enim apparere in morbo ſatis magnis indiciis arbitrabamur. Sed morbo nondum explorato, quum contagium negari paſſim affirmatimque audiremus a Medicis, qui morbum vidiſſent, magnis & multis; ſin minus mutandam ſententiam, quae nimis validis argumentis inniteretur; at certe inflectendam, permulcendamque putavimus: quare ſub ipſis operis, obſequioſa dubitatione, converſa ſententia eſt,* = Novo epidemici, an contagii genere, incertum. = *Poſt paullo, quum morbus apparuiſſet, contagium viſum eſt diſſimulari non poſſe. Quin natura quoque, & ratione morbi conſiderata, haberi in eo luculentum exemplum ad dirimendam omnem, inter ambigua, diſputationem, ſi tamquam ſpecimen EPIDEMICIS, & CONTAGIOSIS adjiceretur.*

1. QUum inter nova multa, quae ſaeculo novarum rerum feraci celebrantur in dies, etiam rumor de tuſſi *Ruſſa* jam multos menſes Italia tota increbreſceret, ſperatum eſt fore, qui inſueti morbi rationem ex certa hiſtoria luculenter proponerent. Afferebantur equidem Germania, & Septentrionalis Italiae parte, qua primum morbus apparuit, epiſtolae, nuncii, & celebrium etiam Medicorum notationes; ſed perbreves illae, & inexpleta rerum notitia, quae ſumma morbi ſymptomata, & curationes leviter adumbrarent.

2. Erat commune his omnibus, ut morbum dicerent certo epidemicum, certo non contagioſum: quapropter aeſtate ſumma, quum morbus jam prope inſtaret; vertente, quum paullatim in plures invaderet, licuit quid rei eſſet in proximo contemplari; viſumque eſt annotata tum aliorum obſervatione, tum noſtra, paullo fuſius enucleata proponere; ut ſi forte, incertae adhuc rei veritas firmari, aut manifeſtis argumentorum momentis, propoſitis hactenus epidemiorum, & contagiorum rationibus, non inutilis aliqua fieri poſſet acceſſio. Sed permovebat

etiam illud, ut collectae pluribus locis obſervationes, futurae in poſterum morbi hiſtoriae pleniorem materiam ſufficerent.

3. Autumno, quum pluviae multae fuiſſent, aſſiduae, excepit hunc hyems tepida, & mitis; mox frigora: tandem nives, & venti. Vere primo, tepores: ſed paullo poſt Aequinoctium imbres frigidi, venti frequentes, frigidi, ultra exortum vergiliarum. Majo, ab Idibus, calores aſſidui, magni, creſcentes uſque ad Arcturum. Siccitates magnae, continentes, ſqualores inſueti, ad Aequinoctium autumnale nondum intermiſſi.

4. Quum itaque fuiſſet annus inordinatus, morbi quoque annui irregulares, alicubi etiam graves fuere. Hyeme, febres catarrhales cum ſputis acribus, diu crudis, diuturnae; quae multis tabem attulerunt. Vere, Morbilli ante omnia frequentes, confluentes, periculoſi. Aeſtate graviores, populariter ſaepe lethales, in diuturnas tuſſes, aut faucium ulcerationes, aut fluxus facile euntes. Aeſtate prima, febres putridae malignae, quas ſoluta ſaepe alvus, & ſudores diu multi tandem reſolverent. Eâdem provecta, iterum catarrhales, ſed eaedem acutae, pectori graves; labente, billioſae, per ſummos aeſtus facile in putridas abeuntes. Tandem aeſtu vertente, pulmonum inflammationes, pleuritides verae, & billioſae, ſaepe lethales, graviores in dies (1).

No-

(1) Hae autem obſervationes maximam partem a Noſocomiis deductae ſunt.

Notatumque eſt, toto anno febres, maximam partem in pectus incubuiſſe, & ſanguinem vena fuſum, plerumque corium praeſetuliſſe.

5. Sunt autem, potiſſimum Aeſtate, gnaris rerum, & diligentibus, quae praeter vim Morbillorum, notari potuerint, adhuc duo: Maculae cutis praerubrae, & ulcera gingivarum ſanioſa. Fere enim Aeſtate ſumma, quum aeſtus acrius arderet, pleriſque omnibus, nullo aetatis, aut ſexus, aut temperamenti diſcrimine, maculae grandes, irregulares, diffuſae, aliis praerubrae, aliis atrorubentes, vix extantes, leviter aſperae, leviter prurientes, ad inguina, ad pubem, ad foemina, ad anum, per abdomen item ad latera, ad pectus, ad jugulum, tum pene omnibus corporis locis efflorefcebant; quae nemini fere, niſi finitis aeſtibus, evanuerunt: nonnullis ſub *Ruſſae* febris ſudore, attollente ſe in duras ſquammas cuticula, aſperabantur, tum ſenſim leniter evaneſcebant. Gingivas quampluribus acris humor invaſit; quibus, & emoti dentes, & ſanies ſcorbuticae ſimilis, deſtillavit: quaſi demittente illuc ſanguine, quae in putre, conferveſcens intus, exſolveret.

6. Quo tempore ferebatur crebris ſermonibus Auſtriam, Vindobonae in primis, vexari Catarrho, Tuſſi, cui nomen poſitum *Ruſſo*. Nec modo tuſſire tuſſim pleroſque omnes, ſed plurimis adjectam febrim, multos delirio, perplures inflammatis pulmonibus occubuiſſe.

7. Jamque ea labes inviſerat Danos, enataverat

rat ad Britannos. Sed inito vere relatum eſt manaſſe eamdem ad Bohemos (*); mox & in Belgium ſe penetraverat; quorum etiam claſſis bello expectata, alligari vadis morbo eo dicebatur.

8. Sed malo urgebamur proximióre, nam media aeſtate, ſub canis ortum, Senogalliae, frequentibus Nundinis, obortus turbo Ventorum, quum ſubito frigore tuſſiendi cauſſam attuliſſet, tuſſitum eſt tuſſi *Ruſſa* (**): nec fere quiſquam periclitatus eſt; ſed, ut in tanta hominum varietate & frequentia, nemo fere, qui non tuſſierit, inventus eſt.

9. Exin fuſa labes in omnem circum, qua patet, Italiam: nam morbus inde mox per Picenum, Umbriam, Latium, in Urbem venit. Hinc retroverſus Aemiliam, Etruriam; parte alia Venetias graviter afflavit; mox in Continentem refuſus, Patavium, Veronam, finitimos omnes; paullatimque transgreſſus fines, Inſubriam, poſtremo Mediolanum quoque occupavit.

10. Nec dubia poteſt propagationis ſemita haberi: nam ut Senogallia prima graviter, inter omnes Italiae gentes, affecta eſt, ſic finitimae circum, multo maturius quam caeterae, id malum ſenſere. Itaque Picenum, Umbria, multo ante quam Roma; Piſaurum, Ariminum multo quam Bononia citius coe-

(*) Nempe ex Auſtria.

(**) Obortus eſt turbo Senogalliae decimoquinto Kal. Aug. cum ſubito & magno frigore: exinde tuſſis increbuit: ſcimus enim etiam ineuntibus nundinis, quarum initium eſt ad quart. Id. Jul., auditos ibi plures, de alienigena negotiatorum numero, qui de inſueta graviter tuſſi conquererentur.

coeperunt. Ut appareat refluentem hunc ab Emporio, qua cum commerciis ierat, cum commerciis relegiſſe viam, & manaſſe ad remotos (2).

11. Jam media regione octava, (quae determinatur Arimino, Pado, Apennino) (*), cum ipſo Arcturo morbus apparuit: qui paulo poſt, finitis ardoribus, ſiccitate nondum finita, vehementius excanduit. Sed praeſtat qualem habuerint ultra montes Germani, aut qualem ſaltem retulerint, primum noviſſe. Quos nempe multo quam nos graviorem aegritudinem *Ruſſae Tuſſis* expertos apparet.

12. Praeceſſerat Autumno ſimilis hyems, pluvioſa, frigida, nebuloſa (**) Ver tepidum, & mite, cum veſtibus jam ſubinde mutatis, ineunte majo, ſubitum, & acre frigus excepit. Hinc cauſſa mali in populum per quam late graſſantis (***).

(2) Ab Germania per Noricas, Juliaſque Alpes deſcenderat morbus Tridentum, ſi vera nuntiata ſunt, menſe Junio; inde etiam ad Veronenſes defluxerat, ſed hactenus levis admodum inter eos videbatur; quintili & ſextili factus eſt gravior, & maxime popularis: ut appareat a mercatoribus citro ultro meantibus, potuiſſe afferri, aut geminari. Sic qui dicunt aliqua Etruriae parte ad meridiem, viſum morbum quintili menſe, potuerunt advectum mari, Liburno, Piſis cum mercibus recepiſſe; deſcenderat jam enim navibus e ſeptentrionali oceano ad mediterraneum; qua via etiam Neapolim advectus fuerat, ante, ni fallor, quam Romam. Reliqua per Italiam commeatio, pene certis teſtimoniis firmatur.

(*) Ex veteri Romanor. diviſione, ut eſt apud PLIN. l. 3. c. 15., & finitur ad Occidentem Placentia.

(**) Baaderi Archiatr. Bavar. Relat. manuſcripta data Monach. 31. Jul. 1782.

(***) Verſ. Ital. Relat. Facult. medic. quae Pragae eſt, juſſu regio factae menſ. Maj. 1782.

13. Principio Caput grave fit, atque acriter dolet, fauces cum calore aſperantur: accedit tuſſis praeter modum rauca, praeterea inutilis, vehemens: ſed corpus debilitatum, quemadmodum rheumate affectis, frequenter, & ſine febre inhorreſcit.

14. Atque hic primus, fereque mitiſſimus aegritudinis gradus habetur, ut paſſim ne febricitent quidem: qui proin cuſtodia corporis, frictione cutis, potu calidae demulcente; potiſſimum vero obortis ſponte, aut excitis per artem ſudoribus, tollitur (*): & Bohemis quidem placuit cereviſiae calentis potu (**), Tridentinis etiam meraco tolli; (***) utriſque periculo ſuo.

15. Grave eſt ubi ſubita fit ab initio, & toto corpore ſumma virium proſtratio; ubi corpus biduo vel triduo, alternis frigore & calore vexatur, dolore interim capitis ad ſummum ingraveſcente, cum gravitate, aut vertigine. Tum febris toto corpore magna, magnus per ſummam cutim fervor accenditur. Jam fauces aſperae eodem fervore occupantur, qui cum adſtrictione ad bronchia interius, & ad nothas coſtas protenditur. Tum tuſſis rauca, clangoſa, eadem vehementiſſima, inutilis, aegrum praeter modum fatigat. His & coryza nares prehendit, aquoſa, mucoſa multa ubertim deſtillans. Nonnullis cum levi angina, fauces pectuſque ſtringuntur: nonnullis dolor alicubi, pleuriti-

(*) BAAD. & PRAGENS. Med. loc. cit.
(**) PRAGENS. l. c.
(***) Relat. Anonym. Trident. BAAD. l. c.

tidis modum aemulatur [*]. Nec defuere queis humor demiſſus intus, ad inteſtina quoque deſcenderet; quos Nauſeae, vomitus, & crebri fluxus exercuerunt. Ipſa etiam quibuſdam, nec raris caſibus, exanthemata per ſumma corporis effloreſcebant.

16. Inter quae mirum eſt febrim, quum eſſet, quae fuerit, a nullo horum fuiſſe ſatis notatam; quam tamen ex omnibus colligas variam, pro morbo, fuiſſe oportere (**). Nonnullis Ephemerae, aut continentis in modum protractam; qui dicant ſudationibus facile perſolutam fuiſſe (***). Pleriſque omnibus, qui gravius haberent, fuiſſe de remittentium genere; qui morbum velint Rheumatico-catarrhalibus, aut etiam putridis accenſeri [****]. Nec tamen defuere, qui febrim ſaepe, etiam intermittentem fuiſſe teſtantur [*****].

17. Rarus poſt omnia, ſed ille quidem graviſſimus viſus eſt caſus, quum ad ſummam corporis laſſitudinem, etiam acutiſſima febris acceſſit; hos nempe & ſitis ingens, & cibi faſtidium, & calor urens, & pervigilium, & acutus capitis dolor, cum lingua arida, & ſicca, & fervens ſpiritus vehementer exercet (******). Et hi quidem cum faucibus, etiam acuto lateris dolore torquentur; proin & anheloſa reſ-

(*) BAAD. l. c. & Anonym. Auſtro-Bavar.
(**) BAAD. l. c. & Anon. Trident.
(***) BAAD. & Anon. Auſtro-Bavar.
(****) BAAD l. c.
(*****) Relat. Vindobon. Kalend. Jul. 1782.
(******) Pragenſ. l. c.

reſpiratione, & ſumma tuſſis difficultate crucientur; quare Baadero, non modo ut Pragenſibus, pleuritici, ſed cum ſputo cruento, etiam paraphrenitici viſi ſunt: iidem, opinor, quos Vindobona phreniticos renunciaverant (*). Argumento quam nec paucis, nec levibus, inſueti morbi malignitas ſe prodat indiciis; ut quamquam nec de ſputo, nec de exitu morbi quicquam relatum ſit, tamen graviſſima omnia, & plena difficultatis fuiſſe cenſenda ſint.

18. Atque haec frequentior communis aegritudinis per Auſtriam, Bavariam, Bohemiam, per univerſam dein Germaniam graſſantis, facies apparuit: quam quidam utique deductam ab Hyperboreis, quâ ſtragem fecerat (**), ſponte fatentur; ſed ita tamen, ut iidem, quemadmodum & Pragenſes, etiam epidemicam vitio tempeſtatum eſſe velint; iidem non eſſe contagioſam diſertis verbis contendant. Ut omnino mirari neceſſe ſit, apud graves Medicos non contagioſum videri malum, quod aliùnde deductum ſit; idem Epidemicum vitiis temporum tribui Germanis, quod in hyperboreis ſit manifeſto conflatum.

19. Fere autem quum Contagioſum eſſe negarunt, in eo iterum conſentiunt, ut vitio denſatae cutis potiſſimum tribuant, & compreſſae perſpirationis: Rurſus vero diſſidentes in eo, quod quidam vitio recenti, frigefacto per Majum vere, ut Pragenſes; quidam vetuſto, nempe intemperie antea-

ctae

(*) Relat. Vindobon. l. c.
(**) BAAD. l. c. & Anon. Trident.

ctae hyemis, ut BAADERUS (3), reputent factum. Quapropter BAADERO ſic plane conſtitutum eſt, ut *Ruſſam* Tuſſim Rheumatico-catarrhalibus morbis omnino reputet accenſendam, ſymptomatum quorumdam ingenio non valde a putridis febribus abludentem [4].

20. Utcumque ea ſunt, illud eſſe ſolatii loco in communi malo maxime oportet; quod Tuſſim *Ruſſam* vacare mortis periculo, uno pene ore teſtantur. Non eſſe periculoſam Anonymus Auſtro-Bavarus (5). Non eſſe lethalem Anonymus Tridentinus, qui ſaevam fuiſſe in natali loco, in alienigenis factam eſſe mitiorem: quamquam eidem, ſub finem, reddi in dies difficilior videatur [*]. Pragenſes item lethalem eſſe negant, niſi forte in cachecticum, phtyſicum, aut hydropicum morbus inciderit; aut ſi ni-

mium

(3) „ Morbus Epidemicus a regionibus ſeptentrionalibus „ ad noſtras delatus, & hinc per univerſam Germaniam pro- „ pagatus, quem communi idiomate Krip vocant, a tranſpi- „ ratione dudum, ac ſenſim ſuppreſſa ortum habet: quia prae- „ teritus autumnus, una cum inſequente hyeme, fere ſemper „ pluvioſus, frigidus, & nebuloſus extitit = *BAADERI Archiatr. Electoral. Rel. Monach. data die* 31. *Jul.* 1782.

(4) „ Eſt ergo haec Epidemia de genere morborum Rheu- „ matico-catarrhalium, quae alios cum ingenti, alios cum par- „ va, alios ſine febre aggreditur; & juxta partium affectarum „ conſtitutionem, capitis gravedinem, doloremque, Anginam, „ pectoris oppreſſionem, difficile reſpirium, dolorem lateris „ punctorium, Rheumatiſmos membrorum, & laſſitudinem cor- „ poris enormem, febri putridae non abſimilem producit: BAADER. l. cit.

(5) „ Morbus iſte hic loci nec per ſe periculoſus, aut con- „ tagioſus eſt.

[*] l. c.

mium calidis medicamentis, aut ſi praepoſtera medicina, inflammati, aut putridi ritu curatur. Ex quo forte non ſatis videas, quem morbi locum ſint Tuſſi *Ruſſae*, quam a ſuſcepto frigore extitiſſe prodiderant, ad extremum daturi.

21. Sed ne derogari fidem per haec illorum etiam teſtimoniis patiamur, qui multas editas hoc morbo caedes Vindobona retulerunt; credemus etiam BAADERO, qui exarata methodo curationis, non levi illa quidem, & perfunctoria, quae ad iteratas venae ſectiones, & veſicantia, & Kermes minerale procedat; ſervatos eſſe pene ducentos a ſe aegros teſtatur, exceptis ſenibus, hydropicis, phtyſicis, hecticis, infantibus, quos magnam partem periclitatos fatetur: ut intelligamus nec levi morbo conflictatos eos, nec tam frequentes eo de numero, niſi in talem incidiſſent manum, fuiſſe evaſuros [6].

22. Reliquum erat poſt haec, opinor, ut etiam quae ratio morbi per Germaniam ſit a Medicis prodita, quae ſymptomatum viſa mutatio, quae vis ſudationum ſit obſervata, tandem quis exitus morbi, quae judicatio fuerit, ſciremus: ſed properata pangendae methodi ſollicitudo, quaeſitionem hanc omnem antevertit: & fore deinde locum diſputationibus

[6] „ Atque haec eſt ſincera, & concinna medendi me-
„ thodus, quae in tam atroci morbo omnibus ac ſingulis pro-
„ fuit, exceptis tantum paucis valde ſenibus, hydropicis, phty-
„ ſicis, hecticis, vel etiam tenellis infantibus dentientibus, &,
„ ut plurimum fieri ſolet, omnia medicamenta reſpuentibus.
„ BAAD. l. cit.

bus reputatum eſt, quas inventa medicationum diſciplina firmaverit.

23. Ergo calidis ante omnia veſtium indumentis revocanda cutis officia Pragenſes praecipiunt: ſi leviter jam morbus erupit, calentibus aquarum potionibus, maxime his, quae ex ſambuci flore, aut ſucco, aut aceto alterantur. Nec ſi quae alii, ad ciendam corporis expirationem, requirunt, haberi eadem ex jure carnium, aut intritum ex Cereviſia panem recuſant, quam Tridentinis etiam vino moveri placuiſſe indicavimus. Quae tamen aliis placuit hydromelite, & mellitis, BAADERO etiam nitro, & antimonio, cui diaphoretico nomen, ſuppleri.

24. Si gravior urget vis aegritudinis, (n. 15.) Pragenſes iterum confici corruptos intus humores his, qui digerunt, ſalibus, Tartaro, Polichreſto, melle, oxymelite praecipiunt; ſi morantur, deducere ſale cathartico, Rhabarbaro, Jalappa: ſi reluctantur, etiam concito vomitu exturbari licere. Quem in finem BAADERUS nec Gummi ammoniaco, nec eo, quod ex ſcylla eſt oximellite, nec veſicantibus medicamentis abſtinuit.

25. Nec vero deſperandum, ſi cui forte morbus ad faucium, lateris, aut etiam, ſi BAADERO fides, ad diaphragmatis inflammationem proceſſit, (n. 17.), poſſe enim facile etiam his, praeter caetera, epiſpaſticis quoque, aut veſicantibus, aut iterata pro ratione, Venarum ſectione, quae alias nocitura videatur, ſuccurri.

Uſque adeo tandem, ut nec leve malum, nec levi-

levibus medicamentis, nec perfunctoria diſciplina curandum Germanis reputemus fuiſſe.

26. Jam qualis fuerit in Italia morbus, quem media regione octava ſub Arcturum apparuiſſe indicavimus, referemus non modo ex his quae vidimus, aut experti ſumus; ſed teſtimonio ſagacium in primis medicorum, qui ſunt in eo multum diligenterque verſati: tum aliorum etiam per Italiam, quorum & opinionibus vacua fides, & aucthoritas omnium conſenſu probata cenſetur.

27. Quum vero eumdem per tempeſtates, & loca variare hic illic, etiam in Italia facile appareat, utemur etiam his, quae nobiles Veronae Medici ZEVIANUS, & TARGA, ab ſe obſervata literis prodiderunt; ut appareat, quam non tutum ſit in hujuſmodi, aut incertis hominum ſermonibus, aut praeconceptis opinionibus fidere.

28. Principio vires amittere, & fieri ſine cauſſa per noctem vigiles videbantur: alios appetitus defecit, aliis ſine labore ſudor manavit. Plerisque omnibus ſub veſperam caput, poſtridie guttur indoluit. Et jam morbus inſtare; nam horrores per corpus vagi, febriculam; calor in faucibus aſperitatem, & Tuſſim movebant. Ac quibus ne febricula quidem fieret, coryza tamen caput gravabat, moleſtiſſimus toto corpore per ſummam cutim calor ardebat. Tuſſis rauca, vehemens, ſibilans, plerumque inanis, ingraveſcebat in dies.

29. Atque hi leviſſimi omnium; quos nec morbi vis, nec cura admodum morabatur. Tuſſiebant

paſ-

paſſim per fora, per compita, ad multos dies: & ſi quid gravius peccaſſent, in febrim tandem labebantur.

30. Qui vero gravius habituri erant, hos febris ab initio, quo dictum eſt ordine, in Ephemerae longioris modum prehenderat: his Caput gravius dolebat, ſimul oculi, ſimul cutis, & fauces acrius, & cum dolore urebantur: qui dolor ad pectus per aſperam Arteriam, & Bronchia deſcenderet: dolores item membra infeſtabant, confractis oſſibus, & carnibus contuſis ſimillimi.

31. Febris autem non unâ omnibus fuit, & quos prehendit nec diu, nec graviter tenuit: nam quae Ephemerae modum exceſſit, ea plerumque in remittentium morem quotidie, potiſſimum matutinis horis, circa decimam, recrudeſcebat. Nonnullis erraticarum, crediderim, ritu, manifeſto intermittere viſa eſt. Quaecumque fuit, circa quartum, aut quintum, maximeque ante ſeptimum diem eſſe deſiit.

32. In ea Febri pulſus potiſſimum depreſſi, parvi, frequentes, praecipueque *non celeres* notati ſunt: ut oporteat vi coeli, & tempeſtatis alia factos fuiſſe, quos ZEVIANUS dediſſe febrim acutiſſimam, TARGA fuiſſe apprime crudos notarant. (7)

33. Caeterum lingua pleriſque ſincera; queis vero ex albo ſorderet, eis faſcia quoque circum praecordia ſtringi videbatur, quae purgatione reſolve-

(7) Febbre non gagliarda, ma accompagnata con ſomma crudezza di polſo. TARGA. Relaz. 27. Ag. 1782.

veretur. Nec minus urinae primis diebus paucae, ſubrubrae, calentes; quae morbo provecto, extenuatae, pene inutiles redderentur.

34. At magna in ſudoribus viſa vis notationis. Fiebant ſubito, ſed tardi, modici, debilitantes per ipſa febris initia; atque hi etiam ſubfrigidi, quos nonnunquam meraco temperari utile fuit; erant enim ſub his potiſſimum frons, genua, & pedum plantae madentes cum frigore. Qui vero etſi critice fierent, aeque tardi, viſcoſi, tenaces, difficiles, modici: raro quibuſdam prompti, & effuſi; ſed etiam his graviſſime olentes efferebantur: quo ritu ſaliva quoque, atque ſpiritus, adſtantibus aeque gravia apparuerunt.

35. Moleſtum illud multis, fereque etiam mirum, quod quibus ſudor non reſponderet, ii noctu triſtes, pervigiles, irrequieti, nec ſtare loco, nec continere ſe lecto poſſent, inſana corporis jactatione miſerabiliter fatigati. Nec erat levamen mali, niſi ſi confricata per corpus cuti, aut multo calentis ſpongiae vapore laxatus ſudor erumperet, aut acre aliquid expiraret: quam rabiem vicit nonnullis admotum ſubinde ſuris, poplitibus, pedibus, & multis locis emplaſtrum ex ſinapi, aut phenigmus: nonnullis ſponte ſacer ignis erupit, aut etiam inſuetis haemorrhoides extumuerunt.

36. Nec levior viſa labes in ſputis, quae ſero tandem, finita, aut minuta febri per ſibila, & raucam tuſſim vix edita, tenaci graviter muco compacta, aut concreti lactis ſimillima viſa ſunt; ut ſingu-

gu-

gularem in omnibus naturae converſionem, vi morbi, quamquam non gravis, factam tamen eſſe appareret.

37. Quibus conflictati diutius ad ſeptimum, ad undecimum, ad quintum decimum, & viceſimum nonnumquam diem, delaſſati, pallidi, triſtes, nec appetitu, nec viribus reſtitutis, nec ſudoribus bene, nec tuſſi ſatis finita, per longa vix tandem taedia revaleſcebant.

38. Nec judicatio eadem omnibus fuit: Nam quamquam ſudor pleroſque, & liberalis juvit ſputatio, plerumque tamen lenta omnibus omnia obtigerunt; nonnullis bilioſa alvus inopinato, & ſponte ſuccurrit; florentes aliquos oborta Narium haemorrhagia judicavit.

39. Ad ultimum tamen, quamquam difficilis, nulla tamen aut communior, aut tutior inventa eſt ſudatione, aegritudinis judicatio. Nec ulli citius ſunt reſtituti, quam quibus ſudor liberaliter & prompte ſuccurrit. Illi omnium diutiſſime, atque etiam gravius vexati ſunt, qui ſudores ab initio turbaverint, aut quibus nullo modo reſponderint. Vidimus, quibus neglecta cute, quamvis tentata ſaepius medicaminibus alvo, gravedo, irrequies in dies augerentur. Quos tandem, circa diem viceſimum, oborta ſponte, prolixa, effuſa ſudatio, per multos dies, judicavit. Omnino, ut contagiorum ingenium eſt, ſic lenta huic quoque, difficilis, ſed ad cutim tamen, quaecumque futura eſt, maximam partem extrover-

titur per ſudores, exanthemata, abſceſſus, venenati humoris expulſio (8). Quapropter curata in primis cute, evocata corporis expiratione, & ſudore, quum alios paſſim congeneres morbos ſcimus; tum hunc videmus tuto frequentius, & quam facillime perſanari. Quin aegros quoque conſtat per hanc febrim aeſtuantes, inſtinctu quodam naturae, ſub ſtragulis cupidiſſime immotos durare, lenimen mali & medicinam in ſudatione captantes.

40. Utique nec Apoplecticos nec phreniticos, (ut Germani) ea via factos vidimus, nec exanthethemata per cutim erumpentia (*). Item nec tormina, qualia Veronenſes pueris frequentia, ut TARGA; aut quibuſdam lethalia, ut ZEVIANUS notavit: fluxus per quam raro obſervavimus. Sed tamen qui affecta valetudine ex hac labe in peripneumonem, aut graves alios caſus inciderint, & morbo ceſſerint, ſcimus, & multis viſos audimus: fereque ingraveſcentem, perfrigerato repente aere, hanc morbi peſtem pene experimur in dies: accedit enim ad vim veneni etiam mutata vis tempeſtatis, pro varia corporum conditione ad putre, ad inflammatum proclivior.

41. Nec vero, ut in re nova, abluſit longe a ratione medicorum ſagacitas: nam quamquam aegros nonnulli, ſolutis venis, & iteratis purgationibus fatigaverint; tamen leniter plerumque actum eſt, lenienti-

(8) Relatum eſt, ſed non ſatis certis authoribus, Neapoli ſub hoc morbo, etiam bubones ad alas viſos nonnullis.

[*] Niſi rariſſimis caſibus. Vid. n. 35.

tibus, demulcentibus, edulcantibus: dataeque ex uſu, calidae ex ſambuco, & viola potiones, tum mulſae ex amygdalis aquae, tum julapia idem genus: pugnatum autem eſt melle quamplurimum, tum julapio quod eſt ex aceto: ſaepe etiam his quae ad lingendum dantur, bechica, pulmonica nominant: item quae tuſſi favent, quae ſputis. Non raro quae ſudores movent, nec fruſtra tentata ſunt. Praeſertim quos frigida ab initio, cum frigida cute ſudatio labefactaret, eos tenue vinum, meracum, etiam ſub febre mirifice recreavit; namque intus permotis viribus, calens deinde per corpus ſudor, iſque utilis effundebatur. Sic quoſdam excita alvus medicamibus juvit, queis mala intus ſaburra praecordia, & caput gravabat; nec minus adhibitae cruribus frictiones, & cucurbitulae dorſo, aut ſudorem aut requietem evocabant. Recentior eſt, converſa jam tempeſtate, utilitas fuſi ſanguinis, quam nempe non morbi, ſed corporum, & temporis mutata ratio potiſſimum commendavit.

42. Poſt haec, quae fuerit origo mali, quae cauſſa, dein quae ſedes in corpore, quae virium poteſtas, perſpicue declarandum eſt. Primoque quum contagioſum eſſe conſtet abunde, num etiam jure epidemicum dixerint omnes videndum eſt.

43. Nec vero dubitandum eſt quin epidemice ad ſpeciem, nempe in multos incedat, qui non homines modo plurimos, ſed plurimas omnino gentes invaſerit. Illud porro quaerendum eſt, num epidemice, nempe a cauſſa epidemica, latente mavis, an

manifeſta proceſſerit. Quo loco Pragenſes Medici, quum & aliunde proficiſcentem viderent, & vitio tamen aeris praeſenti, (oborto per Majum frigore) morbum tribuerent, quanta ejus futura eſſet deinde per Italiam, Europamque omnem, etiam ſub cane, duratio, vis, & poteſtas, non perviderunt.

44. BAADERUS autem quum ad praeteritas conſtitutiones temporum confugiſſet, tutiore quidem loco pedem conſtituit; Sed inſtabili tamen greſſu vacillavit in reliquis; qui nec futura proſpexit, & praetervidit contagem, nec quanta eſſet alienigenae originis ratio conſideravit.

45. Praeterea, quae potuit tanta illa vis eſſe in corpora, coelo humido & frigido, tempeſtatis, quae per inſuetos aeſtus cum ſiccitate, & ſqualore maximo perduraret? Epidemicum hyeme, aut vere prognatum, maturat aeſtas, aut diſſipat: hanc Ruſſam tuſſim videmus enatam inter frigora, aeſtatis aeſtibus pene enutritam, vigere Autumno, ac pene etiam creſcere in dies.

46. Et quamquam jure dictum eſt ab HIPP. epidemicum ſi adverſae tempeſtatis terminos vicerit, regnaturum anno integro. Id utique valet in loco; ut qua in ſede, qua in gente corpora graviter epidemica vis alteravit, in ea perennent morbi ad redivivam annui circuitus tempeſtatem; quo nempe ſpatio proclive ſit conceptam ab Epidemico labem, poſſe in corporibus tandem aboleri.

47. Sed factam ſuo quamque loco conſtitutionem, fundentem morbos diu lateque in remotos, ni

ni ſubſit aliqua vis contagionis, nemo recipiat: nec Hiſpanicam ab hyeme, a ventis, ab aere, conſtitutionem, credat quis, emiſſuram labem umquam in Germanos: nec ſi quem videris morbum ſimili labe ab remotiſſimis emanantem, niſi eaedem penitus ſubſint locorum, temporum, & corporum cauſſae, credideris ulla vi coeli, ſine contagibus propagatum, & adverſis etiam tempeſtatibus duraturum.

48. Nec vero inutilis illa fuerat anteacti per hyemem temporis obſervatio; nempe quae corpora faceret non gignundo, ſed recipiendo morbo opportuna. Sed nomen morbo quum conſtaret inditum a ſede, advectumque eumdem ab hyperboreis cum gente; perſpicuum erat, ſi advectum fuerat quod manaret in proximos, non Epidemicum advehi potuiſſe, ſed contagioſum oportere.

49. Num vero Epidemicas proprietates rationemque praeſetulit? nempe illa princeps epidemiorum lex perhibetur, ut quacumque inſederint, intercurrentes morbos pene intercipiant, aut in propriam vertant naturam. Similiter enim ab epidemico affecta corpora, non poſſunt, utcumque aegrotaverint, quin ſimiliter, pro latente intus diſpoſitione corporum, aegrotent.

50. At morbos interim videas tota aeſtate, tota Italia regnantes late, pro varia locorum, cauſſarum, corporum conditione diſcretos, quin ullam praeſeferant Ruſſae tuſſis communitatem: quod

omnium hactenus medicorum authoritate & teſtimonio firmatum iri crediderim. [9]

51. Uſque adeo Ruſſa Tuſſis ab epidemica morborum diſtat ratione; ut qui hactenus contagioſam fore negaverint, videantur multo jam certius epidemicam ejus & rationem, & originem, ni vana veritatis authoritas eſt, negaturi.

52. Nec vero fuit coeca omnium hactenus opinio de Epidemica Ruſſae Tuſſis vi, & origine; Nam inter Italos, [quorum nobis ſuper his ſcripta prolata ſunt] Illuſtris Medicus TARGA, quum de cauſſa morbi brevibus indicaret, tenue neſcio quid in aere regnans, & quaſi DIVINUM commemoravit: ſed phaenomena contemplatus intimius, ſimile quid morbillorum veneno viſus eſt ſubolere, nempe contagium: tamquam ſi data opera ex *divino* illo veteri communem multorum opinionem notaret, ex contagio proponeret ſuam: eſſeque reſpondentia utrimque (cum morbillis) ſymptomata, & parem ſeu phlogiſti, ſeu putris, aſſimilemque naturam. [*]

53.

(9) Haec uſque adeo certa ſunt, ut etiam Tuſſes intercurrentes, quae a ſuſcepto frigore communiter fiunt, paſſim hoc tempore videamus frequentes, quae & aſſuetis alias modis incedant, & nihil habeant cum hac tuſſi Ruſſa commune. Sed illud in primis dignum eſt notatione; ſanguinem, quem diximus (n. 4.) toto anno oſtendiſſe cruſtam polypoſam; quibus, vigente adhuc aeſtatis fervore, ſub Tuſſi Ruſſa detractus eſt, nihil minus quam polypoſum fuiſſe; nempe leviter cohaerentem, maxime atrum, ſpumoſum, & ſero flavo, pene croceo, multo innatantem.

(*) TARGA. L. c.

53. Ergo a contagibus ſtetiſſe malum putandum eſt, quod nulla potuit epidemiorum ratione conſiſtere. Quod equidem inter multa, propagationis ordo, tempora, modi; tum ipſum morbi ingenium, & phaenomena abunde teſtantur. Cur enim ſi ab aere eſt, quamquam in aere epidemicum nihil eſt [*], non continuo, & continenti tractu ſe in finitimos, in attiguos immiſit? cur ſaltu ab Germania ſe in Italiam mediam proripuit? Nempe non eſt hæc aeris aut epidemici commeatio, ſed hominum, & commerciorum: ut mirum alias videri oportuerit, ſi in communi aere verſatur, cur interjectas urbibus ruſſo-tuſſientibus, peramplis ſpatiorum intervallis agreſtium gentes evaſerit? cur nondum ruri, cur in agro nondum tuſſitur? Et tuſſitur tamen alicubi. Nempe contages, quæ cuncta nondum pervaſit, pervaſit aliquo tamen, & agreſtes alicubi infecit.

54. Et ſi qui adhuc *latens*, & *divinum* recipiunt, recipiant utique; modo id aut æque fuſum per omnia in circuitu, aut fore hic illic diſcretum ſpatiis profiteantur; ſimul & eſſe aliquid rei, & naturalium cauſſarum vi coaleſcens proponant.

55. Jam illud concedant vel nolentes oportet, deberi id ipſum, qualecumque eſt, manifeſtis, magnis, patentibus tempeſtatum, atque aeris permutationibus; quandoquidem epidemicum, quærenti ſedulo, nullum hactenus ſine præſenti, aut præ-

 greſ-

[*] *Vid. de Epid. & Contag.* §. *III. & paſſ.*

greſſa tempeſtatum conſtitutione, monſtravit hiſtoria; nec fuerit, opinor, quærentibus demonſtratura.

56. Fere autem ab uno fonte divulſum in partes, & diſcerptum hic illic magnis ſpatiorum intervallis, vagari per aera, negabunt arbitror, qui nec craſſos nubium vapores, nec fornacum, nec ipſos Veſevi fumos, immania volumina, perſtare diu in aperto aere, quin exſoluti evaneſcant, noverunt: tenuia autem, inconſpicua mephiticorum miaſmata, multo etiam citius, notatis alias rationibus [*], certum eſt deliqueſcere: nec certa apparet cauſſa cur certas cœli regiones gradiendo prætervolent, certis inhæreant.

57. Rurſum ſi a ſede certa funduntur late in circuitu, cur non omnia eodem modo Epidemicum tenet? Cur ſub ipſa conſtitutione loci, in urbe ægrotatur, non ruri? cur citius remota, ſerius vicina infeſtantur? cur indigenas tempeſtate propria, alienigenas contraria fatigat?

58. Omnino unum perpetuum eſt; & fieri nil ſine cauſſa; & alienigenum, etherogeneum in aere nihil durare; & epidemicum in aere nihil eſſe, fateri.

59. Sed eſſe contagem morbo, illud pervincit, quod in familias invectus, non ſingulos, ſed univerſos arripiat: quod omnium undique & Medi-

[*] *Vid. de Epid. & Contag.* §. *III. & VII.*

dicorum, & vulgi teſtimoniis confirmari paſſim intelligimus [10].

60. Nec ſi reponas haberi exempla tuſſium in hiſtoria, tota Europa, toto etiam terrarum orbe inerrantium, quicquam confeceris. Quum enim latens in aere nihil ſit, aut evincas neceſſe eſt, regnaſſe totis cœli regionibus eamdem undique tempeſtatum atque aeris conſtitutionem, quæ diſſitas cœlo, mari populorum gentes, atque aliter conſtitutas, eodem penitus vitio vehementer affecerit; aut latuiſſe in communi morbo contagem, ſub ſpecie epidemica fateare: quod in quibuſdam, quamquam inexpleta rerum notitia, tamen luculentis pene ad ſenſum indiciis apparet; præſertim quum ſciamus in pleriſque non tuſſim utcumque, & communi modo, ſed certam certis perpetuo notis, & proprietatibus, quemadmodum hanc Ruſſam, fuiſſe extuſſitam [11].

61.

[10] Sunt haec vulgo notiſſima; ſed illud maxime perſpicuo argumento futurum eſt, quod qua in urbe foeminarum cöenobia, quas *Monachas* nominant, ad undecim numerantur; Coenobia, eo de numero ſex, omnino morbum non ſenſerint, ne cognoverint quidem: ex his, quae ſunt reliqua, alicubi ne unam quidem, alicubi quam pauciſſimas morbum evaſiſſe, aut obeundo toleraviſſe; ſubductiſque per coenobia ſingula, quoad fieri potuit, diligenter rationibus, ſupputatum eſt, ex monachis 390. vix ad 30. poſſe cenſeri, quae omnino immunes evaſerint.

[11] Habentur equidem in hiſtoria propemodum per annos ſingulos exempla morborum, qui ſingulas ditiones, regiones, provincias, aut magnos admodum orbis tractus identidem infeſtaverint; qui quamquam epidemice, nempe in quamplures graſſantur, intereſt tamen plurimum, ut epidemici poſſint omnes vocari. Epidemici ſunt, qui quo loco re-

61. Jam Ruſſae tuſſis contagem haec ipſa in primis argumenta confirmant; quod a communibus magnorum Epidemiorum conditionibus graviter diſtet: quod ſpecificis contagiorum proprietatibus diſtinguatur.

62. Et diſtat in hoc primum, ut jam fuſius indicatum eſt; quod longe alia, quam epidemica aſſuerint, ratione, & ordine inceſſerit; quod nullibi ſimul ab initio multos, ſed primo a pauciſſimis, eun-

gnavit cauſſa, conſiſtunt. Ex qua cauſſa, qui facti ſunt morbi, dum conſiſtunt in loco, ſimplices ſint, an contagioſi, perinde poteſt cenſeri. Contages autem ſic genitae aut leves ſunt & facile evanidae, quae porro niſi inveniant corpora ſic praeparata, nihil efficiunt: proin nec extra locum facile feruntur, quum ſint evanidae & leves; nec ſi ferantur, quicquam proficiunt, quod imparata corpora offendant. Corpora autem, extra locum neceſſario imparata eſſe oportet. Cauſſa enim epidemica, quae ex magnis temporum perverſionibus certo conſiſtit, quum phyſice agat in corpora, non agit in diſtans; nempe extra ſphaeram, quam dicunt, propriae activitatis nil poteſt proficere. Sed aliae vel a magnis epidemicis natae contages, vel a magnis omnino cauſſis in uno etiam corpore excitae, tenaces nonnunquam ſunt, perſtantes, atque durabiles; quae poſſint e loco etiam ad diſtans transferri viribus integris. Quum ergo videris morbum quemvis tota Europa, etiam contrariis tempeſtatibus late vagantem, quacumque epidemici forma, aut cauſſam reperias neceſſe eſt, quae corpora tota Europa epidemice affecerit; aut morbum epidemice natum per contages irrepere fateare. Potuit enim quam facile ignorata cauſſa, ignoto tempore aut loco, ab epidemica loci cauſſa, aut vitio corporis ſingulari, ea contages alicubi emergere, quae clanculum evecta in remotiſſimas orbis plagas proſerpat. Jam horum epidemiorum quae pene locis ſingulis fiunt, ſupervacua conſideratio: illorum autem quae per magnos regionum tractus nonnumquam apparuerunt, quum neceſſaria conſideratio, tum prolixa evaſit recenſio; quam proin quum omnem modnm excedere videretur, ad calcem libelli in extremas paginas, ſub nota A. conſulto rejecimus.

eundo in quamplurimos paulatim invaſerit; quod nulla cum caeteris morbis anni communibus, naturae atque indolis communitate jungatur [*].

63. Contagiorum autem quae propria ſunt omnino videas cum tuſſi Ruſſa communia. Nec illud quemquam decipiat, quod corpora viſa ſint recepta extrinſecus cauſſa, in tuſſim incidiſſe; plerumque frigus ex aeſtu. Nempe quod latens jam intus contagium, oblata cauſſa, citius maturuit. Sed corpora fuerunt omnia ei morbo opportuna, quandoquidem nec ſexu, nec ullis aetatibus, nec conditionibus ullibi abſtinuit. Nonne quoſcumque arripuit determinatis modis, & ſedibus labefactavit? Nonne & effectus certos in omnibus, & communes exitus, & pares difficultates induxit?

64. Ut enim mittas tuſſim clangoſam, raucam, vehementem cum ſibilo, quae ſingulares in ſpiritalibus mutationis cauſſas oſtenderet; haec quoque in omnibus apparuerunt; quod nares intus, loca frontalia, fauces, Trachea Arteria, in gravioribus bronchia, & quaecumque pituitaria, quaecumque pleura cinguntur eodem humore, muco, veneno, aut contagis vitio conrepta, impedita conſiſterent; quod cunctis idem ad guttur intus, ad cutim exterius fervor arderet, caput omnibus idem dolor alligatum gravaret.

65. Nempe quocumque illapſus contagis vapor, eaſdem omnibus partes, eodem ritu irritavit, mo-

[*] *Vid. retr.*

momordit; illapſuſque omnibus pene in eaſdem videri potuit, tamquam ſi recens e fomite, aut e corpore in corpus cum ſpiritu traheretur: ni forte credas receptum utcumque, eo fuiſſe, ut contagia ſolent, ingenio, ut in affines ſibi tandem partes proſerperet. Quo factum eſſe putandum eſt, ut tenellis, ſi quando illaberetur in ſtomachum, & cruciatus, & vomitus, & fluxus, & tormina concitaret.

66. Jam mitto de febri dicere, quae, quum eadem eſſet omnibus (*), potuit veneni copia, aut conditione corporis fieri, ut aliis ephemerae, aliis remittentis, aut intermittentis etiam formam indueret: eademque veneni vi factum eſt, ut fere ad quartum, rariſſime ad uſque ſeptimum diem procurreret (12).

67.

(*) Nempe non morbus ipſa, ſed morbi ſymptoma.

[12] Mirabitur quiſpiam cur de febri dicere recuſemus, in eo morbo, quem plerique omnes a febri denominant; praeſertim quum magnas conſtet verſari inter Medicos ſuper ea febri diſputationes; qui velint Synocham catarrhalem ex Sauvageſio, qui cum pluribus catarrhalem epidemicam velint vocari. Non noſtrum eſt tantas doctorum hominum lites componere, praeſertim in eo morbo, qui non ex febri eſſe, ſed febrim afferre videri ſoleat; qui & ante febrim ſit idem, & permaneat idem poſt febrim. Quid ſi in quamplurimis etiam ſine febri tranſigitur? Febri autem, quum eſt, quod nomen ponam non ſatis video: nec enim, opinor, remittentem vocari oportere, quae ſaepe uno die, ſaepe altero, continenti tamen curſu in ephemerae modum conſumitur; nec continentem, quae Medicis, & Germanis, & noſtris non ſemel viſa ſit manifeſto, & certo intermittere: quae ſi fuit tamen, ut ſaepe, inter remittentes cenſenda, certe non fuit Synocha Catarrhalis; ea autem febris ex multorum obſervatione matutinis horis maximam partem recruduit. Numquid non tuſſim,

67. Sed ille virium communis omnibus ſubito lapſus, & vehemens e confractis oſſibus dolor, & ſtillicidio corroſae intus nares, & praecox ab initio, atque facilis, dein lenta pigraque ad ſeram judicationem ſudatio; & memorabilis omnibus e ſudore, ſaliva, ſpiritu foetor; num poſſe haec omnia omnibus, ſine magna in humoribus permutatione, & venenata contagis vaporatione contingere reputemus?

Nonne illa a contagiis maxime prona eſt virium demiſſio, in humoribus ad morbum prompta,

quae tuſſis eſt, nominabimus? numquid eamdem non catarrhalem, aut catarrhum unice? ſiquidem & tuſſis eſt, qua vexantur, & catarrhus, quo expuitur; ex quibus incipit, quibus niſi finitis, adeſſe morbus non deſinit. Ut cauſſa morbi, quae ejus natura eſt, gravedinem, tuſſim, catarrhum certo certius faciat in omnibus, ſymptomata caetera varia variis; febrim, quae pro modo, & conditione corporum continuat, intermittit, remittit, aut deeſt omnino. Et cauſſam cur Ruſſo Morbo nomen a febri ponam, iterum atque iterum nullam video. Febris autem vere catarrhalis, nempe morbi ex febre cum adjuncta Tuſſi & catarrho, qui exempla deſiderant; videant inter alia, *Febris catarrhalis*, *anno* 1658. *medio Vere*, *Epidemicae*, deſcriptionem graphice delineatam a Williſio (*De Febrib. cap.* 17. *pag. m.* 85.) Atque eo etiam magis videant, quod in ea ſit certum epidemicae febris exemplar, habentis cauſſas in loco a tempeſtatibus certas. Ut ex quo a Tuſſi Ruſſa maxime diſtat, appareat. Sed eſt in quo maxime & vehementer cohaereant; catarrhalis natura, ſymptomatum ſyndrome, vices, eventus, eadem utrimque: ut ſi illic contagem, hic cauſſam febris adjicias, poſſis in Williſiana Archetypum Ruſſae Tuſſis agnoſcere. Nam ſi, epidemicae ei, tanta fuiſſet vis cauſſae, quae non febrim modo, ſed etiam contages expromeret; potuiſſet deinde illa facile ad Indos vectari. Sic Ruſſa, quae nobis dicitur, abfuiſſet contagii vis, haeſiſſet in hyperboreis; quo nata eſt loco epidemice: ſi fuiſſent hic cauſſae a tempeſtatibus epidemicae, debuiſſet Italica nominari.

pta, ad judicationem tarda difficiliſque converſio?

68. Atqui in febre non gravi, ſudores prompti ab initio; [qui tamen parvi, tenaces, ſubfrigidi, olentes] ſub morbo non magno, iidem ſub finem tardi, difficiles, ſera itidem per eoſdem, ſed per ſudores tamen, & vix tandem expleta ſolutio. Quae eadem ratio fuit omnibus, & ſputorum, & tuſſis; ut etiam tranſacto ſpatio tuſſis cum aſperitate, & labore, ſputorum inutilis, & denſa tenacitas, quae quibuſdam polypo ſimilis videretur, ad dies etiam plurimos perſeveraret.

69. Quae dum conſidero, videor mihi in hoc morbo imaginem quamdam non malignae modo & morbilloſae contagis, ſed peſtiferae illius febris, cui britannicae nomen fuit, levem illam quidem, quae pene vacaret periculo, ſed non leviter adumbratam videre. Quamquam enim illa ab initio ex ſingulari, aut gentis, aut locorum atque temporum conditione, viſa eſt privatim Britannis officere; tamen paullum provecta ſpatio, Batavos etiam, Germanos, Gallos, & finitimas paullatim gentes contrivit.

70. Nec diſpar utriuſque conditio, quamquam gradu, & viribus plurimum diſtent; utrimque enim & febris natura brevis, & virium ſumma proſtratio, & ſudationum neceſſitas: ſi ſummam omnium, & durationem conſideres, illum omnino vehementer acutis, hunc levem, longis annumerandum putes. (13)

71.

[13] Invenio nunc eam ſimilitudinem cum morbo Britan-

71. Sed eſt illud fere commune contagiis omnibus atque perpetuum, ut vitalia intus peſſumdent, extus ad cutim vehementer erumpant: quare etiam in hoc exanthemata quibuſdam apparuiſſe relatum eſt; (*) & univerſum perſpirationis ſiſtema, viſum eſt mirabiliter permutari.

72. Quo etiam factum eſſe putandum eſt, ut ſimul phlogiſtica, ſimul putri coaleſcere videretur natura, (**) quod intus membranas acriter cum fer-

vo-

nico apparuiſſe etiam in catarrho 1580., maxime propter ſudores, qui aliquibus parcius, aliquibus largius fluebant; = ut „ nonnullis Medicis de Anglico illo ſudore, qui anno 1529, „ mortale genus horribiliter vaſtabat, ſuſpicio oriretur. = [*ex Jo: Bokel. Synopſ. nov. morb. quem Catarrh. febril vocant.* 1580.] Sed profitemur libenter videri adhuc validiorem animadverſionem, quam Targa propoſuit, ineſſe huic ſatis magnam cum morbillorum veneno naturae affinitatem. Revera enim non modo conſentiunt in eo, ut partes pene eaſdem proritent, membranas, fauces, interna narium, atque oculos; ut deinde ad cutim ſe extrudant, ut tuſſim & fervores concitent magnos: ſed illud praeterea maximopere conſiderandum eſt, quod certa & fere conſtans obſervatio teſtatur, conſueſſe hujuſmodi ſeu catarrhos, ſeu tuſſes iis, in primis, annis regnare, per quos morbilli, & variolae dominantur. Ut enim hoc ipſo anno paſſim in Italia, ſic anno 1580. ante famigeratam illam Tuſſim, (de qua ad lib. calc. Not. A.) Variolae & morbilli in omnes aetates (teſte Bokel.) ſaevierant vehementer cum ſtrage. Itemque [ne nimii ſimus] anno 1733. ſimilem tuſſium conſtitutionem, notante Huxamio, morbilli graves, & periculoſi praeceſſerant. Quibus obſervationibus admoneri videmur, eſſe equidem annorum conſtitutiones, quae his morbis maxime faveant: praeterea vero, ut & hujuſmodi tuſſes perſaepe contagioſas eſſe facilius credamus; & eſſe quamdam perſtantem, atque certam in ejus contagii natura, cum morbillorum contagio, fereque maximam affinitatem.

(*) Anon. Auſtro-Bavar. ut ſup.

(**) TARGA l. c.

vore irritaret, ſimul nervos venenato afflatu perſtringeret, ſudores extus exſolutorio modo putres protruderet.

73. Nec tamen inflammatio illa magis fuit, quam putrifici fomitis ad extima deflagratio, quae ſine manifeſta permutatione ſanguinis fieret: quo etiam ratio ſectae paſſim inutiliter per hunc morbum venae, intelligitur.

74. Fere enim quae morbo caput, aut pulmones premente, viſa eſt neceſſaria ſanguinis miſſio, eadem jure alias, ut morbo putri, maligno, exſolvente vires, aut pernicioſa, aut inutilis videri potuit: quod in Italia per magnos aeſtus multo ubique evidentius eſt confirmatum.

75. Quapropter in re perſpicua deceptum paſſim vulgus apparuit; nam apud finitimos, qui morbum ſerius, & permutata jam tempeſtate coeperunt, viſus eſt opinionem uſus, atque ipſa res redarguere: ſed intercedit ratio opportune; nam potuit alicubi, tamquam Rheumate affectis, poſt frigora, venarum eſſe utilis ſectio, quae fuerat morbo ſimplici nocitura: acceſſerat enim tum propius ad inflammationum rationem poſt frigora, natura in putre proclivis Ruſſa contages.

76. Atque haec conſiderantibus illud etiam proclive eſt intelligere; Ruſſam tuſſim potuiſſe ſimilem Rheumatico-Catharralis videri, quod ſpiritalia, membranas, mucos arriperet; potuiſſe inflammatorios ad ſpeciem aemulari, quod dolorem intus moveret cum aeſtu; quod ſaepe in peripneumonem decumberet.

Sed

Sed negat utrumque tamen morbi obſervatio, primum quod nullo intus humorum vitio, ſed immiſſo extus veneno excita conſiſteret; alterum quod incerta omnibus febris, aut nulla, nulla, niſi in graviſſimis inflammati indicia apparuerint. (14)

77. Sed venenata contages, qua parte inſedit, loca irritavit, denſandis mucis, pituitis, acre virus inſperſit, nec ſatis aut inflammando, aut exſolvendis humoribus fuit, acris illa quidem, & proclivi in putredinem ingenio: ſed mole minima, acritate pertenui, perſtanti tenacitate membranas, nervos momor-

[14] Non recuſaverim Rheumatico-catarrhalem videri jure iis debuiſſe, quos tepefactos vere, poſt ſubitum deinde frigus morbus inceſſit, ut in Germania: ſed nego fuiſſe ullibi ſimplicem, & genuinum catarrhum a cauſſa epidemica, nempe vitio corporis, aut humorum ab epidemica cauſſa, aut aeris intemperie affectorum. Fuit tuſſis catarrhalis, catarrhus verus, ſi mavis; ſed a contagio corpori immiſſo, quod vices egit epidemicae diſpoſitionis, nempe catarrhalis humoris in corpore praeexiſtentis. Quare ſub aeſtu, & circa autumnum in Italia putridi magis, quam catarrhalis morbi ſpeciem prae ſe tulit; quemadmodum in catarrho 1580. eveniſſe notat BEKELIUS, ut ſub autumnum materia, defluens intus, congeſta putreſceret, quae quum eſſet *calida biliosa acris*, effectus etiam morbillorum ſimiles concitaret. Eadem autem poſt frigora ad inflammatorios magis acceſſit. Nempe contages acris ipſa per ſe, & ſeptico, quod vocant, ingenio, eaſdem in corporibus, ubivis, partes ſemper affecit: ſed humores, ut erant intus pro tempeſtate, permovit: effectus hic illic varios, pro varia temporum, pro varia conſtitutione corporum tulit. Quod ipſum argumento eſt nullum hic fuiſſe epidemico locum: talem enim contagis naturam, quae duret etiam per contraria anni tempora, novimus in peſte, variolis, morbillis, fereque in contagiis omnibus paullo gravioribus: in epidemicis nil tale obſervamus; nec ullum epidemicum notum eſt, quod per contrarias tempeſtates, eumdem ex aequo morbum produxerit.

dit; quo uno caeteras aegritudinis ſcenas facile luſit.

78. Nempe, ſi evidentibus fides, recepta intus contages pituitariam, pleuram membranas, quacumque invehitur ſpiritus, quacumque muci, & pituitae deſtillant, inhaerendo irritavit, contentos humores mirifice coagulavit; ſimul nervorum robur, quae ſpecifica vis eſt contagiorum, confregit. Hinc gravedo, laſſitudo, tuſſis.

79. Parte alia, compunctae ſtimulo partes, nares, fauces, palpebrarum extrema paullo acrius incaluerunt. At nonne etiam cutim qua parte nervis, qua membranis intexitur, vel afflatu contagis extimo, vel interiore proritatione, oportuit convelli? Hinc laeſa graviter, arbitror, nec facile emendabili vitio, cutis officia; opinor ante omnia, confecti humoris expirationem.

80. Sed confectionem quoque novi prohibuit idipſum, & confracta intus vis vitae. Quare ab cohibita extus expiratione fervor irrequietus in cute, accumulato intus crudo, febricula, contuſus articulorum dolor.

81. Num ne affecta cuti, expirationem minime, ſudorem elici vel uberius putemus? nempe perſpirationem concoctus humor, ſudorem etiam crudus miniſtrat: materiem illi ex bono humore vis vitae concoquit, huic crudi abundantia, & motus per laxata vaſa paullo concitatior praebet; quem porro caſum, & fatigans ſudatio, & interverſa diu

cutis

eutis actio, & ſine robore frequens pulſus monſtravit.

82. Nec ullum crediderim fere haberi certius contagioſae, malignaeque in morbis naturae argumentum, quam erumpentis tam facile ad cutim materiae: nec ullam, praeter has, certam, cur facile erumpat, rationem.

83. Et mihi equidem [fatebor enim] conſtitutum eſt fere, in malignis, & contagioſis pleriſque omnibus, non quod incoctiles invictaeque contages ſint, ideo moveri eas ad extima vehementius: Sed quod vim vitae maturius infregerint, ideo etherogeneae quum ſint, & acri mobilitate, incoctas adhuc, *immiſcibiles*, ad cutim facilius defluere; ſuadente etiam vi caloris interiore.

84. Fateri enim manifeſta cogit res, etiam in ſimplicibus morbis, ſi quis error, aut vis, vitale robur repente confregit, incoctam adhuc, craſſam, aut imperfectam materiem, aliqua corporis parte, plerumque exterius, inopinato decumbere.

85. Ut omnino eſſe ſui generis morbum ex ſingulari, venenata contage, ſeu morbillorum veneni ſimilem, ſeu britannicae peſtis malueris neceſſe ſit. Nec natam caſu ſub eo contagem in ſingulis poſſe videri, quemadmodum fieri ſaepe in acutis proditum eſt: (*) nam recepta ex uno, plures contage aegrotarunt. Sed natam alicubi ex certis cauſſis, & ex animali materie coagmentatam, in veram tandem contagem

O 2 eru-

[*] *Vid. de Epid. & Contag. n. 60. & alib.*

erupiſſe. Quod ut alibi alias, ſic in hyperboreis, quos Ruſſos nominant, accedentibus ad vitae genus, & coeli conſtitutionem inſuetis cauſſarum poteſtatibus, facile potuit contingere.

86. Et potuit eo in primis coelo tanta vis conſtitutionis ingruere, ut non contagem in aere, ſed in corporibus morbum faceret: qui morbus, ſpecifica eorum corporum conditione, ituras diu longe in remotos, contages eliceret. Quod ſaepe alias contigiſſe, relata hactenus hiſtoriarum monumenta confirmant. (15)

87.

[15] Dum haec verſarentur ſub praelo, venere ad manus expectatae diu pagellae perbreves ANTISTII II. (*Caeſ. Acad. Nat. Curioſ.*) ex Germanico Italicae, titulo = *Storia della Malattia detta Catarro Ruſſo, deſcritta da un Medico, e tradotta dal Tedeſco. In Firenze* 1782. = In quibus quum multa ſint, quae annotari ſuis locis meruerint, indicabimus ea paucis hoc loco. Primum ex hiſtoria morbi, quamquam nullo authore, genitum eum in orientali Aſia veniſſe Petropolim; inde in Daniam, Sveciam, rurſum in Britanniam, indeque in Americam etiam emigraſſe: (non utique opinor per Cookii fretum, quamquam eo freto inter Americam, atque Aſiam diſtare minimum doceat). Morbum eſſe febrim a materie, eam materiem eſſe Miaſma; Miaſma autem quum dicit, contagium dicit, quam enim affert ex BLANCARDO Miaſmatis definitionem, ea contagii definitio eſt. Id contagium in athmoſphaera verſari, inde in humanum corpus traduci: neque id tamen in aere vitium eſſe epidemicum. = Che ſe foſſe qualità cattiva „ dell' aria, ſi propagherebbe il male con più velocità, e di„ verrebbe dal primo manifeſtarſi univerſale, e non attacche„ rebbe, come accade, al principio pochi, poi più, e più „ ſucceſſivamente. . . . Non ſarebbe neceſſario il traſportarlo „ co' baſtimenti dal Nord, come accaduto è in Inghilterra (*Not.* Et hactenus quidem recte, niſi ſi forte aliqui minus probaturi ſunt eſſe Miaſma, aut Contagem, quae ab aere in corpus trahatur; quod certe Boerh. minus probavit, (*vid. de Epid.* §. 2.) Sed quae ſequuntur paullo duriora. = Il Miaſma, di

87. Poſt quae non dubium eſt haberi plura in hiſtoria morborum exempla, quae pares Ruſſae tuſſis luſerint ſcenas: ſed nullum tamen accomodatius

„ cui ſi parla, non è di qualità maligna, eſſendo che ſi può „ ſuperare dalla ſola natura, con le ſole due condizioni, che „ eſige per farlo, di quiete, e di dieta. Se foſſe di maligna „ ſpecie, avrebbe cauſato una peſte, che non avrebbe avuto „ il mondo altra ſimile. " Quidquid ſit de maligno, deque natura malignum id ſuperante per febrim; nego peſtem, niſi à peſte, quaecumque malignitas futura ſit, poſſe gigni. [*de Epid. & Contag. paſſim*] Quemadmodum enim nec variolam ſine variolarum materia natura umquam excitavit, ut SWIETENIUS etiam conſentit (*ad BOERH. n.* 1382.) Sic neque peſtem, quae vera ſit peſtis, niſi peſtis, aut quae vere exotica, & primigenia ſit. nulla poteſt contages inducere. Memini equidem CARDANUM jam olim eadem cauſſa ſervatam a vaſtitate Inſubriam dixiſſe, quam epidemicus morbus ſubito invaſerat; qui nempe, *ſi lethalis extitiſſet*, *vix decima pars hominum ſuperſtes fuiſſet*. (*de variet. rer. l.* 1. *c.*9.) Video etiam BOKELIUM de morbo 1580., vidi alios de aliis, nempe ſi maligni fuiſſent, ſimilia generi hominum, ſcilicet vaſtitatem, & internecionem ultimam ex illa malignitatis ambage reformidantes. Porro malignum id, ſi non peſtem, ſed lethiferum vocant, hoc quidem Ruſſum minime omnium fuiſſe malignum videmus: quo magis nego oportere his bombis vocabulorum inſanos animos vulgi exterreri, cui jam ſatis formidinum, jam pluſquam ſatis eſt aerumnarum. Quod ſupereſt febrim eſſe in hoc morbo [quam Synocham catarrhalem Sauvageſii nominat] datam a natura ad vincendum *Miaſma*, non ſatis video; quae ſine febri quam ſaepiſſime vicerit: illudque expelli per nares, ſputa, vomitus, alvum, per ſudores non item, multo quoque minimum video, quum ſudore in primis hunc tolli morbum ubique viderint omnes, & fateantur. Neque illud poſſis non obſtupeſcere: „ I ſudori in queſta malattia ſono ſintomatici; „ giammai critici: nè meno alleggeriſcono il male. " (*Not.*) *Se i ſudori parvero ſollevare*, *ciò accadeva dopo uno degli ſpurghi poc' anzi nominati; ordinariamente alla fine della malattia*, *quande l' Eretiſmus cutis ceſſava; ſingolarmente quando il malato giaceva tranquillo*, *e prendeva bevande tiepide*. Nempe tum prorſus levabat, quum aegri fotu diligenter prodibat. Nec ſine cauſ-

inveniri crediderim ad omnia, quae de Epidemicis & contagioſis vulgo traduntur; originem, ſpecie tenus, progreſſus, vices, eventus, epidemici ſimiles, ut minus attentis facile imponeret.

88. Qui morbus evectus patria nondum certa, ſed certo tamen ab hyperboreis, in Germania cum frigore, in Bohemia poſt tepores exorſus, intulit ſpeciem epidemicae conſtitutionis: in Italia paſſim per aeſtus excanduit; ſub ipſa temporis converſione recruduit magis: & cum in morbo non vehementi contages inobſervata proſerperet, cum praeſentia non ſatis congruerent, reditum eſt ad praeteritas temporum conſtitutiones, tum ad aeris arcana, ad occultum, ad divinum.

89. Tamen erat origo mali quaerentibus certa, erat nomen non ſorte datum; erat ſemita profectio-

nis

ſa ANTISTIUM putes ſudorem contemnere: = *Non è il ſudore quello ſpurgo che la natura può ſcegliere per liberarſi dal Miaſma introdottoſi; perchè detto Miaſma quaſi tutto reſta ad irritare la ſuperficie degl'organi nominati di ſopra*, [nares, fauces, pulmones, ſtomachum, inteſtina; nam cutim praeteriit,] *E poco, o nulla di eſſo paſſa nel ſangue; nel qual caſo anche vien di nuovo depoſto negli organi irritati* =. Nempe ob eam penitus cauſſam ſudores contemnit, ex qua ſudores, & partium expirationem neceſſe ſit expectari, & diligentius curari. Revera HENISCHIUS, cujus hic verbis perorat, accuratius, & vere = pleriſque, in„ quit, ſudor copioſus prorumpebat, quo & febris finiebatur, „ quarto &c.

Quum autem in hoc morbo agnoviſſet contagium, quaeſtiunculas illas quaſdam cur poſuerit non magnopere intelligo. Poſſitne morbus praeverti? quouſque ad meridiem iturum putemus? Contagiorum enim ritu, niſi intercipitur, iturum, quo caſus rerum, & commerciorum vices provexerint, perſpicuum eſt.

nis epidemicis inacceſſa; non enim aeris progreſſio ulla eſt per anfractus, & intervalla ſpatiorum: erant cujuſque domi teſtimonia domeſtica contagiorum: tum demum ſymptomata morbi, phoenomena, vices, eventus apprime contagibus reſpondentia.

90. Quae quum videremus perſpicuis experimentis, & certis doctorum hominum teſtimoniis confirmari magis in dies, digna viſa res eſt, quae epidemicis, & contagioſis adjungeretur. Quapropter, ſeu evanida, ut britannicus olim ſudor, ſeu revictura aliquando haec nova peſtis contages videbitur, perpeſſi morbum certo contagio, ac nondum penitus reſtituti, delineatam hanc *RUSSAE TUSSIS* imaginem, ſeu futuris uſibus, ſeu memoriae rei, ipſo aequinoctiali Autumni die conſignavimus.

M D C C L X X X I I.

Nota A. ad Num. 59.

De Celeberrimis Tuſſium catarrhalium, vel maxime popularium Catarrhorum exemplis.

PRoſtant revera, etiam nimis multa hujuſmodi, ſeu tuſſium ſeu catarrhorum, ſeu catarrhalium conſtitutionum exempla, quae ſpecie epidemicarum conſtitutionum immanes ſaepe regionum tractus, ac maximas orbis partes pervagatae eſſe videantur. Nec afferemus equidem omnia, ſed maxime tamen illuſtria ex horum numero teſtimonia, ex quorum notis appareat fortaſſe diligentiam magis ſcriptoribus, quam morbis naturam, & vim defuiſſe, ut inter Contagia dilucide numerarentur, = Ego vidi, „ (inquit VALESCUS de TARANTA) Montepeſſuli „ eo anno, quo ego accepi licentiam, anno 1387. ge„ neralem catarrhum, ita quod vix decima pars „ gentium, praeter infantes, evaſit catarrhum cum „ febre, & fere omnes decrepiti moriebantur pro„ pter cauſſam dictam = Quem caſum eo libentius commemoravi, quod videam ejuſdem morbi veſtigia in Italia quoque annotata = *L' anno 1387. nel meſe di Gennajo cominciò in Firenze una influenza, che quaſi ogni perſona malava di freddo, e con febbre; e durò infino a mezzo Febbrajo, e morirono molti di ogni età, ma più de' vecchi.* = (*TARGION. Prima Racc. d'oſſerv. p. 175. ex Chron. Flor.*) Itemque in Italia = *L' anno 1323. fu un vento peſtilenziale,*

per lo quale ammalò di freddo, e di febbre quaſi tutte le perſone in Firenze, e perdeano l' appetito, ed alquanti ne morirono, cioè Vecchi, e Vecchie; e fu la detta malattia quaſi in tutta Italia, e come venne mezzo Ottobre reſtò. (Id. ibid.)

Quid vero ſi morbi etiam phaenomena, atque adeo phaſes viſa ſint alias, cum tuſſi *Ruſſa* maxime convenientia? Extat inter alias, citata ſaepe, celebris morbi catarrhalis, qui anno 1580. in Europa graviter diverſatus eſt, hiſtoria; quam HOFFMANNUS (*de Febrib. Sect. 2. Cap. 1. Obſ.* 5.) SAUVAGESIUS, (Claſſ. 2. 2. 5.), uterque ad ſynocharum exemplum ex HENISCHIO, producto etiam loco, qui locus eſt ex Comment. in ARET. [*pag. aliis* 395. *aliis* 315.] attulerunt. Sed ut genuina ejus morbi facies conſpici poſſet, opportunum erat eam non ex HENISCHIO, qui verba quoque mutuatus, ex alieno Archethypo ſumpſiſſet, proponere: [*Aethiologicam* enim illam Aret. cum Comment. ſuo, edidit ille Aug. Vindelic. ann. 1603.] Sed ex autopſia JO: BOKELII Hamburgenſis cujus eſt = *Synopſis novi morbi, quem plerique Catarrhum febrilem, vel febrem catarrhoſam vocant; qui non ſolum Germaniam, ſed pene univerſam Europam graviſſime adflixit. Helmſt. 1580. 8.* =

Quamquam enim prolixa, & intercisa, & ſubobſcura narratio eſt; tamen & omnia quae ad morbi ſymptomata, varietateſque, & multa quae ad febris ejus notitiam faciant, uberius, quam quiſquam, recenſet: quapropter viſum eſt rari morbi ignotam paſ-

paſſim hiſtoriam, excerptis hic illic non verbis, nec rationum, ſed rerum notis, ad Ruſſae tuſſis comparationem proponere. Praeceſſerat, ut narrat BOKELIUS (*loc. cit.*) hyems auſtrina, & nebuloſa per quam Morbilli, & Variolae fuerant in quamque aetátem frequentes, & paſſim lethales. Nonnullis febres erant malignae, extus algidae, intus urentes: vertente aeſtate, frigus Aquilonium cum pluviis, pruinis; febres ardentes. Hinc aegris rigores, catarrhi, gravedines, vertigines, raucedines, tuſſes laborioſae: oculorum dolores, cum inflatione, & lachrymis, ut in Morbillis. Nonnullis ſopores.

Principio laſſitudines ſpontaneae, languores, dolores tundentes, parotides rubicundae, latae, facile evaneſcentes: febres inordinatae, calore, frigore alternis, cum magnis ardoribus. Plerumq. ab initio erant maximam partem catarrhi, deſtillationes ad fauces, cum raucedine, tuſſi aſſidua, faucium doloribus; circa praecordia calores aſſidui. Ad fauces, laringem aſperitates, fervores ab interioribus. Multis coryzae, narium ulcerationes: aliis defluxus ad aures, purulenti, citrini, graves. Quibuſdam ad Collum, ad humeros, dolores, decubitus.

Ciborum magnum omnibus, cum magna ſiti faſtidium; quibuſdam, etiam vomitus. Catarrhi queis ad inteſtina defluxerant, eis fluxus, laevitates inteſtinorum periculoſae. Bilioſis ſanguis e naribus, nonnunquam deliria. Catarrhi ad pectus, pleriſque omnibus anheloſi; plures, ſenibus paſſim lethales: quos medicorum alii *praeſocantes catarrhos*; alii *fe-*

bres, *ardoreſve ſuffocantes*, vel *febres catarrhoſas* vocarunt.

Pulmonum vaſa queis acris humor eroſit, aut tuſſis venas confregit; ii aut ſervati propere, aut tabe confecti. Sanguine etiam, per fauces, per nares excreto, quidam ſervati.

Principio, per aeſtus, dum ſudor facilis, morbum mitem, brevemque aegri adhuc ſtantes, necdum fracti toleraverunt. Autumno per Aquilonem ineunte, & ſub novilunium autumnale alterum, graviora omnibus omnia; pueri, ſenes paſſim ſuffocabantur. Quos ſerius invaſit, ſub hyemis initium, atque in maritimis, eos quoque acrius vexavit. Quod ſupereſt immunes pauci; pueri, ſenes, juvenculae, & quibus anxium pectus, aut pulmones affecti, multo gravius periclitati. Morientibus linguae aridae erant, aut lividae, & dentes nigra ſorde onerati, & fauces aridae, & ſpirationes cum ſtrepitu.

Id vero erat malignitatis indicium, quod corpora brevi, ac pene ſubito deliqueſcebant; qui Caſus *ſub illo pene intolerabili aequinoctii autumnalis aeſtu*, multo graviores apparuerunt. Nec enim omnibus uno tempore locis apparuit. Ab Auſtro exorſus, ſub ortum Syrii tempeſtate aquilonari ad nos tranſiit. Primo Hungaros, Pannonos, Bohemoſque vicinos, poſt Francos, Thuringoſque invaſit; Belgas, Britannoſque. Sub illo Aequinoctii autumnalis aeſtu Hamburgum venit; ſub hyemem in Infer. Saxoniam penetravit, & acriter ſaeviit.

Alicubi ſudores effuſi, nonnullis medicis Britanni-

nici illius ſudoris, qui ann. 1529. mortale genus invaſit, metum attulerunt. Sed in hoc erat malignitatis minus; ſaevitiae tantum, ut *ſpatio ſex ſeptimanarum omnes fere Europae gentes affligeret, quarum vix vigeſimus hujus morbi expers fuit, & qui fuit aliis monſtri loco erat.* Qua celeritate potuit univerſum pene humanum genus depopulari, ſi omnes *qui paſſim tota Europa in familiis decumbebant*, interemiſſet. Mirumque eſt tantam vim morbi *uno propemodum menſe, praeter morem Epidemiorum*, ſingulis locis deferbuiſſe: quapropter ex improviſo, ut eruperat, repente eſſe deſiit. Ex quibus tandem aliquando concludit = Morbum vere *catarrhum* fuiſſe *tenuem, bilioſum:* Symptoma *Febrim continuam ex materia calida in pulmonum cavitates prolapſa; ibique dum a natura concoqueretur, accenſa.*

Nunc juvat ipſam quoque HENISCHII deſcriptionem, quamquam apud multos frequentem, hic quoque iterare: ut appareat, quantum in una eademque re, alter, qui etiam verba ſit alicubi mutuatus, diſtare a primo videatur in multis.

Primoque pag. 315. = Anno, inquit, 1580.
„ graſſabatur Synochus epidemica, non ſimplex,
„ ſed compoſita, eo quod & catarrhum, & alia
„ ſymptomata conjuncta habuit; unde catarrhus
„ cum febre epidemicus fuit appellatus. = Tum vero ad hiſtoriam procedens, ejuſdem libr. pag. 396.)
„ = Febris, inquit, hujus catarrhalis epidemicae,
„ quae ſpatio ſex ſeptimanarum, omnes fere Euro-
„ pae gentes affligebat, ex quibus vix vigeſimus

„ hu-

„ hujus morbi expers erat, praeſertim in Saxonia, „ cauſſa non erat ab alimentis, terra, aut aqua pu„ trida, ſed ab aere, vel coelo potius, nempe a „ magna illius, & anni praecedentis aeris inaequa„ litate; unde copioſa humorum etherogeneorum, „ & ichorum ſoboles ſuccrevit, quae facta meatuum „ conſtipatione, & prohibita evacuatione, primum „ ebulliit, & poſtea putreſcens, hanc febrem exci„ tavit. Quamprimum haec invadebat, omnes vires „ languebant, praecordia gravitatem ſentiebant, cor „ preſſionem, & palpitabat; pulſus parvi, celeres, „ & inaequales erant: anhelitus difficilis, caput erat „ grave, & ingraveſcente morbo ita aegroti lan„ guebant, ut tremerent, & conciderent. Quidam „ vigilabant, alii profundiorem ſomnum habebant. „ Ex capite fluxit acrior, & ſubſalſus humor ad „ thoracem, qui tuſſim movebat; in extremis par„ tibus dolores vagos, & fugitivos excitabat. Ini„ tio horror, & calor totum corpus, & caput oc„ cupabat, & ad tactum non erat mordax, con„ tinuus tamen, cum rubore oculorum, & tumo„ re. Urina primum tenuis, mox craſſa; aliis ſan„ guis e naribus fluebat: pleriſque ſudor copioſus „ prorumpebat, quo & febris finiebatur, quarto „ ut plurimum die, interdum, ſed raro, longius „ protrahebatur ad ſeptimum, vel nonum diem. = Hactenus HENISCH. *(loc. cit.)*

Num vero conditione locorum varia, an temporis intervallo factum putemus, ut alia alteri facies morbi apparuerit? Numquid ſi obſcura, incer-

ta,

ta, inordinata Bokelio eſt morbi deſcriptio, qui præſens præſentem, ipſo anno 1580. exaravit; eamdem perſpicuam, certam, abſolutam ab HENISCHIO expectemus, annorum trium, & viginti intervallo pene obſoletam? Nec fictam tamen utrique ad arbitrium hiſtoriam morbi arbitrabimur; cujus late famigerata memoria eſt, & frequens apud Scriptores commemoratio. Pertinent utique ad aliud tempus ea, quae ALEX. BENEDICTUS recenſuit, dum „ aetate noſtra, inquit, hujuſmodi deſtillationes gra- „ ves periculoſaeque cum acuta febri omnem Ita- „ liae oram infeſtaverunt, ex quodam coeleſti in- „ fluxu, ita ut plurimi caderent “. Sed hanc iſtam SALIUS DIVERSUS commemoravit (*de Febr. peſtil.*) Itemque HOFFMAN., quo teſte „ talis erat catarrhus „ anni 1580., quem morbum Arietis vocabant Itali“ & tandem RIVERIUS, cujus *obſerv. communic.* 9. & *10.*, etiam paullo infra excitabimus. Sed ante hos omnes CHIFFLET., cui notatione quoque dignum viſum eſt, = quod primus in civitate noſtra detexi menſe „ junio 1593. (ut errare MERKLINUM in *Linden. re-* „ *nov.*, neceſſe ſit, qui natum Chiffletium dicat an- „ no 1588.) vagari dolores capitis, quos olim „ *Coqueluque* vocarunt in Gallia; qui morbus re- „ gnavit anno 1580. per totam fere Europam “.

Fateor equidem ex deſcriptione, quae una porro atque mutua videtur eſſe inter BOKELIUM, & HENISCHIUM, nec ſymptomata magnam partem cum Ruſſa hac convenire, nec natalem locum, nec morbi celeritatem. Sed ne quis dubitet num fuerit illa

la-

labes ſimpliciter epidemica, an vero etiam contagioſa, facit perſpicua MARCELLI DONATI ejuſdem conſtitutionis narratio, quae recidit in hunc ipſum annum 1580.; ſiquidem MARCELLUS librum ſuum anno 1586. dedicavit. = Praeteritis annis catarrhi „ prodigioſum genus populariter viguit, *magna ſer-* „ *pens contagii vi*, neminem fere praeteriens: ade„ rant maximi capitis dolores, fluxus vehemens, „ acer, mordax ad oculos, aures, fauces, nares, „ ſtomachum, pectus, obvias partes excorians, at„ que erodens; extrema appetitus dejectio febri „ concomitante. Galli vocavere *le Coquiluchi*, cujus „ recenſuit PARADINUS graſſationem anno 1515., „ ejuſdemque etiam verba fecit CORN. GEMMA (*Coſ-* „ *mic. lib. 2. c. 1.*). Catarrhi hujus populationem in „ Italia conſimilem, licet non adeo atrocem obſer„ vavimus annis ſuperioribus, modo hanc, modo „ illam civitatem invadentem ". *De Med. Hiſt. mirab. lib. 6. c. 4.*) Cujus loci authoritate facile illud etiam conficitur, non modo catarrhum 1580., ſed & CHIFFLET. morbum 1593., & PARAD. graſſationem 1515., cujus vocabulum *Coqueluque* ad tuſſim 1580. traductum eſt, & congeneres fuiſſe morbos, & pariter contagioſos, & Ruſſae tuſſis ſimillimos.

Quid vero ſi poſt haec omnia, multo etiam clariora fuiſſe eodem ſaeculo exempla tuſſium cum manifeſto contagio invenerimus. Nam morbus anni 1557., quem PETR. FORESTUS (*Lib. 7. de ſymptom. febr.*) febrim epidemicam catarrhalem malignam, atque etiam ſuffocantem nominat, fereque ſimilem morbi

1580.

1580.) & multis inclaruit Scriptorum notationibus, (*Vid. RIVER. Cent. 1. Obſer. 9.)*, & tam perlucida FRANC. VALLERIOLAE deſcriptione dignus viſus eſt, ut eam SCHENK. (*Obſerv. Medic. rarior. lib. 6. de Catarr. Epid. Obſ. 2.)* totidem pene verbis exſcripſerit: & exſcribendam nos item ex authore ad genuinam Ruſſae tuſſis imaginem reputemus. „Tuſſis quoddam „ populare genus, quod nos anno elapſo, (qui an„ nus erat redempti orbis ſeſquimilleſimus quinqua„ geſimus ſeptimus) vigere populariter per univer„ ſam Galliam vidimus, tanto impetu, ut de re„ pente ſanis alioqui degentibus hominibus morbus „ obreperet. Quod morbi genus, ante ſub annum „ 1510. populariter item viguiſſe ſcimus. Erat au„ tem hujuſmodi. Gravis capitis dolor, reſpirandi„ que anguſtia, ac vocis raucitas, initio aegros prae„ hendebant: mox horror, febris, tuſſiſque adeo „ valida, ut in praefocationis periculum plerique „ deducerentur. Primis diebus tuſſis ſicca, atque „ vehemens ſine ſcreatu, mox concocto humore, „ qui pulmones implebat, poſt ſeptimum, aut de„ cimum quartum ſcreatus multus viſcidus, lentus, „ nonnullis tenuis, & ſpumoſus. Procedente autem „ ſputo, tuſſis, & ſpirandi difficultas plurimum re„ mittebantur. Verum in omni morbi progreſſu „ laſſitudo corporis, virium dejectio, inappetentia „ multa, & a cibis averſio aegros vexabant, inquie„ tudo, languor, vigilia ob validam tuſſim vehe„ menter premebant, nonnullis alvi fluor ſub fi„ nem, aliis ſudores manabant. In univerſum vero

„ cu-

„ cujuſvis aetatis, ſexus, victus rationis homines, „ eodem morbo, eodemque anni tempore corripiebantur: moxque uno in una quapiam familia „ correpto, in univerſam domum, incendium, at- „ que Contagio obrepebant. At etſi plurimum, „ diuque etiam afficerentur, qui laborabant, nemo „ tamen mortem obibat, praeter infantes, quibus „ vis tanta non erat, ut expectorare quae in pul- „ monibus inſederant, poſſent. Curationis vis ne- „ que in ſanguinis miſſione, neque in purgatione „ conſiſtere videbatur. Nihil enim hiſce remediis, „ aut parum proficiebatur. Imo quibus haec re- „ media imperabantur, deterius plane habere ſunt „ viſi, exagitatis mali ſeminariis, nec proprio ceu „ alexipharmaco extinctis. Extinguebantur autem „ potiſſimum eclegmatis devoratis, ſenſimque in aſ- „ peras arterias illabentibus, tum & potionibus pe- „ ctoralibus, & paſtillis in os detentis ad tuſſim „ ſedandam." *FRANC. VALER. (Appen. ad loc. commun. cap. 2. pag. m. 60.)* Ex qua narratione illud facile apparet; ſi ſummam praefocationem demas, ſi pulmones plenos, ſi ſcreatum ſpumoſum, & morbi cum impetu longitudinem ad 14. diem, quae in Tuſſi Ruſſa non ſunt; ſi ſudores qui etiam ab initio ſunt, Valleriolano huic morbo adjicias, caetera uſque adeo congruere, ut non ovum ovo ſimilius fore videatur. Apparebitque uno ſeculo XVI. aut toto pene terrarum orbe, aut maxima Europae parte, ad minus quater, annis ſcilicet 1515. 1557. 1590. 1593. regnaſſe morbos, Tuſſes, Catarrhos,

rhos, febres catarrhales malueris, forma quidem & ſpecie epidemicos, re autem, non probabili modo, ſed certa, & ſatis probata, per contages late graſſantes. Multo autem magis quum CÆS. CLAUDINI, pene coaevi authoris teſtimonio, „ tales, „ nempe ſibi ſimiles „ fuere illae duae Conſtitutiones, quarum „ una anno 1557., altera 1580. ſub autumni initium „ invaluit, cum ſymptomatibus adeo vehementibus, „ ut majorem partem hominum ſuſtulerint; & plerique quibus vel miſſus ſanguis fuerat, vel purgans datum, perierint. „ Neque vero his ego illud *morbi genus* adjiciam, quod ante *ſub annum* 1510. *populariter viguiſſe ſcimus*; quamquam enim MEZERAEI authoritate deductum inde *Coqueluche* vocabulum SAUVAGES. teſtatur; quo nomine notatas vulgo deinceps popularium morborum conſtitutiones apparet: tamen nec notas certas ſatis invenio, quae naturam morbi 1510. ſatis determinent, nec in SAUVAGES. poſſum acquieſcere, qui eumdem hunc morbum 1510. pari jure, quo alios pleroſque omnes; nempe ſuo, in diverſa ac pene etiam contraria diſcerpat; quum eumdem *Cephalitidem Epidemicam* ex MEZER., *Typhum Carcerum* ex PRINGL., (*erat enim*, ait, *febris continua ardens &c.* (*Claſſ. 3. Ord. 3. 19. 6.*) eumdem item ſimilem RIVERII Morbo *Cent. 2. Obſerv. 63.*, [quae nempe revera ſit *62.*] & 73., (quae utraque febris maligna RIVERIO vocatur) denominet; atque ideo Riverianorum horum ſimilem dicat, quod in his, *circa undecimum*, *alias vero ſeptinum morbi diem ſupervenere delirium*, *ſubſultus tendimum &c.* (*loc. cit.*) Mul-

Multoque magis quum idem ille morborum ordinator, *(loc. cit. gen. 20. ſp. 2.)* morbum anni 1557.) quem RIVERIUS, *(Obſerv. commun. n. 9.)* morbum epidemicum *Coqueluche* vulgo dictum, nominat; & initio Obſervationis X. ſequentis, non abſimilem morbo 1580.), *Cynanchen Epidemicam*, *morbum Epidemicum Coqueluche vulgo dictum* appellet; praefatus hanc (ann. 1557.), in qua fuiſſet *faucium aſperitas*, *fervenſque inflammatio*, diſcrepare *immaniter a MEZERAEI caphalitide*; [*l. cit.*] in qua cephalitide, ut paullo ante (*loc. ſup. cit.*) dixerat, *erat febris continua ardens ec.* Nempe non ſatis memor eorum, (ut credere oportet) quae *(Claſs. 2. Ordin. 1. gen. 2. 5.)* conſtituit; quum Synocham catarrhalem FRIDER. HOFFM., ſimilem voluit, ex eodem HOFFM. [*de Febr. Sect. 2. c. 1. Obſerv. 5.*] HENISCHII Catarrho cum febre epidemico ann. 1580., ſeu febri ejuſdem anni Epidemicae RIVERII; quam certe febrim, nec ex HENISCH., nec ex BOKEL., nec ex MARC. DON. Synocham fuiſſe conſtat. Quin immo ex Anonyma RIV. Obſerv. X. conſtat, quod *febris aliquot diebus intermittebat*, *poſtea veluti vires recolligens gravius aegros affligebat*. Et paullo poſt, *phrenitide quidam furentes*, *quidam phtyſi languentes interibant*: quos caſus, opinor, cum SAUVAGESII Synocha nemo facile copulaverit.

Sed indignor ego jamdudum, fereque jam pene etiam ſtomachor, viros graves, & doctos Medicos, quorum doctrinam, & veneror, & vehementer ſuſpicio, novandi ſtudio, in tantam, hoc praeſertim

ſae-

ſaeculo, hac aetate, non barbariem modo, ſed inconditae ruſticitatis licentiam exarſiſſe, ut luxuriem ſcientiae non firmandis praeceptis, non finienda morborum cognitione, ſed diſcerpendis morborum rationibus, coacervandis, non nominum porro, ſed inconditarum vocum piaculis, hirta omnia, impervia, ſalebroſa, perhorrida ad terrorem artis, an ludibrium, reddiderint. Multiplicatis enim non rerum, ſed vocum confragoſis ambagibus, fallor, ſi ulla jam conſtat genuina, ſimplex ſuis morbis notitia. Nec jam opus exemplis; ſed tuſſim Ruſſam, aut luſcum illud Gallorum Coqueluche, vel Catarrhum anni 1580. videat, ſi cui volupe eſt, in tota SAUVAGESII familia, ad Dolores, (*Claſs. 7. Ord. 4. 2. 3.*) ad Anhelationes (*Claſs. 5. Ord. 5. 11.*) ad Phlegmaſias, (*Claſs. 3. Ord. 3. gen. 19. 6. g. 20. 2.*) inter febres item ad Synochas, [*gen. 2. 5.*] ad Amphimerinas, [*Claſs. 2. gen. 6. 12.*] quo loco alterutrum non genere, aut ordine, ſed totis late claſſibus diſcreto, collocare maluerit, licebit jure: eſt enim illa docti hominis ad perlucidam rationis Medicae ſimplicitatem egregie comparata ordinatio, in qua mirifice ſibi placent moderni.

Jam nimium eſt: ſed tamen ſi qui adhuc conſimilium morborum per quam late graſſantium teſtimonia deſiderant, videant quae de populari morbo, vulgo del *Caſtrone* ab CAGNATO, (*de ſalubr. Rom. aer.*) & DONIO [*de reſtit. ſalubr. agr. Rom.*] relata ſunt: & ſiquidem ea, quae LANCISIUS ad ann. 1709., RAMAZZIN. ad 1690., & GORTERUS ad 1733. attulerunt,

runt, tamquam particularia praetermiſerint; ne ea praetermittant, quae inter alios, PERKINSIUS de febre catarrhali ann. 1731. diligenter recenſuit, quae ab ſeptentrionali Americae parte orſa, brevi poſt in Germania, indeque in Ruſſia apparuit; dein retroverſa Belgium, inde Scotiam, dein Britanniam, mox Irlandiam, tandem Meridionalem Italiae partem, praecipueque Neapolim inſedit. *(Hiſt. de la Soc. Roy. de Medec. T. I. p. 209.)* Ut quantam vim eſſe oporteat epidemicae poteſtatis intelligamus; quae praeparatis ſenſim, alicubi, & latenter corporibus, in veras tandem, indigenas porro, & evanidas; ſed vehementes erumpat contages, in remotiſſimas populorum regiones, quâ caſus circumtulit, facile ituras.

WELLCOME LIBRARY